


Ex Bibliotheca
Christiani Friederici
Schnausii
I. P. Gow sc:

CATALOGVS BIBLIOTHECAE BVNAVIANAE

TOMVS I

AVCTORES ANTIQVOS
SACROS ET PROFANOS
OPERA VARIA, SCRIPTORES HISTORIAE
LITTERARIAE, PHILOLOGOS, EPISTOLOGRAPHOS,
RHETORES ET POETAS
EXHIBENS,
IN PARTES TRES TOTIDEMQVE VOLVMINA
DISTRIBVTVS.



LIPSIAE
IMPENSIS VIDVAE B. CASP. FRITSCHII.
TYPIS BREITKOPFIANIS.
CIƆ IƆ CC L.



LECTORI

S. D.

I. M. FRANCKIVS

ILLVSTRISS. COMITIS BVNAVII a BIBLIOTHECA



Quo magis est hoc totum Catalogi Bibliothecae Bunauianae institutum nouum et a consueto deuium, ad vsum tamen publicum apprime comparatum, eo magis consilium, rationem et finem eius, adcurate tibi, quicunque haec legis, explicari, et tua, et nostra, qui haec damus, ne indicta caussa iudicemur, interest. Quod dum facere, quam fieri potest breuissime, iubeor, de vsu historiae litterariae et necessitate librorum notitiae multa hic disserere nec licet, nec libet, cum pluribus, iisdemque clarissimis, ingeniorum monumentis istud argumentum frequentatum sit. Neque in tanta libro-

rum copia et varietate, quibus inde ab artis typographicae inuentae tempore ornata partim, partim onerata, eſt respublica litteraria, dubium, opinor, cuiquam erit, cognitionem eorum ſolidam et adcuratam, eruditionis hodiernae partem facere non minimam, ideoque optime, qui re conſiliisque iuuare hoc ſtudiorum genus contendant, de publicis mereri commodis. Expetitus iam diu eſt, et diutius expoſcetur, conſentientibus omnium eruditorum votis, Index librorum vniuerſalis, ſuis numeris abſolutus. Cogitanti enim, in immenſum iam paene creuiſſe librorum numerum; augeri eundem ferme quotidie nouis, in omnibus orbis, qua cultior eſt, partibus editis; plures illorum, in exteris praeſertim regionibus emiſſos, ad noſtram plane non peruenire notitiam; plurium item memoriam, vbi vix nati fuerint, perire: quin denique reputanti ſecum, tam longum tamque vaſtum opus ipſam vitae breuitatem, rerumque humanarum ſortem, fere excedere, iudicatu facile erit, eiusmodi Indicem ab omni parte perfectum fruſtra exſpectari. Non defuere quidem, qui, vt huic inopiae mederentur, Bibliothecas, quas inſcripſerunt, Theologicas, Iuridicas, Medicas, Philoſophicas, et id genus alios librorum indices, ſat magno numero, ediderunt. At licet hi ſua digni ſint laude, nec fructu libri eorum careant, pertinet tamen hic fructus ad pauciores, quod vnius modo diſciplinae ſcriptores percenſent. Praeterea raro contigit auctoribus occaſio inſpiciendi ipſa et diiudicandi, quae in indices ſuos retulere, ſcripta, vnde factum, vt ſaepius vel decepti fallaci-

bus

bus librorum titulis, vel delusi aliorum de iisdem iudiciis temere latis, varios admiserint errores. Maior idcirco magisque communis videtur vsus, quem praestant catalogi bibliothecarum, delectu librorum aeque ac numero insignium, in quibus libri, argumento probe cognito, in suas classes rite digesti, secundum aetatis, qua scripti sunt, ordinem, exhibentur: dummodo non, vt fit, tum demum, cum tristem venditionis sortem subire debent, libri congregati, conficiantur hi indices, quippe quo tempore, ea cura et diligentia, quas poscit hic labor, condi nequeunt.

Bibliotheca Bunauiana, postquam intra triginta fere annos ad illud amplitudinis splendorisque fastigium euecta est, quod inter priuatas quidem paucae attingunt, Illustrissimus Conditor atque Possessor talem eius Catalogum, qui vsui et sibi, et emolumento vniuersae esset rei litterariae, confici iussit. Esset hic locus dicendi nonnulla de cura, studio, et sumtibus, tam egregio apparatui colligendo liberaliter impensis, vt et reliqua attingendi Excellentissimi Comitis in rem cum publicam, tum litterariam, merita, nisi aliam mihi legem scriberet Ipsius animi moderatio, mearumque virium conscientia. Hoc tantum de Bibliotheca Eius monere integrum mihi est, quod non haereditatibus, non largitionibus, nec cuiuscunque generis alienis subsidiis, sed sui vnice conditoris magno animo, amorique erga bonas litteras, suam debet originem et incrementa. Videtur sane librorum studium Bunauiae genti, haereditario quodam iure

 a longo

a longo tempore, fuiſſe quaſi proprium, dum Ioh. Trithemius iamiam initio ſeculi XVI in Epiſtolis p. 297 commemorat bibliotheca ſibi comparata clarum quendam Henricum Bunauium. De noſtra certe idem, quod Celeb. Conringius in epiſtola ad Boineburgium de Bibliotheca Auguſta Wolfenbuttelenſi, inter eiusdem admiranda refert, iure praedicari poteſt, quod nimirum ſolius ſui conditoris induſtria collecta, ſolius aere emta, ſolius opera quam optime diſpoſita, ſolius cura et auſpiciis in catalogum relata, ſolius impendiis aptiſſimum domicilium acceperit, quod poſtremo non ſolius duntaxat, ſed plane vnius eiusdemque conditoris ſtudio ad ſummam perfectionem deducta ſit. Locus, vt hoc obiter dicam, quo quidem nunc ſplendide habitant congeſta haec illuſtrium ingeniorum monumenta, Nethnicium villa amoeniſſima eſt, Dresda meridiem verſus non niſi dimidio milliario diſtans, quem ob loci ſitum Bunauiana aeque, atque illa Iulii Martialis olim, dici meretur:

> Ruris Bibliotheca delicati,
> Vicinam videt vnde lector vrbem.

Iam de conſilio et diſpoſitione huius Catalogi, de cauſis item, vnde natum omne hoc inſtitutum, breuiter exponam. Quam diu Ipſi Illuſtriſſ. Poſſeſſori bibliothecae ſuae et adeſſe, et praeeſſe, acceſſionesque ſua manu ordinare licuit, nullo fere indiguit catalogo, tam felici praeditus memoria, vt, quem vel ſemel manibus verſauit, legitque, librum, quouis tempore ea ſtatim ſuggerat. Saepius hoc ipſe, cum modo

ad bibliothecam acceſſiſſem, expertus atque miratus ſum, quando, dum forte inter ſermones de aliquo libro, vel libello, incideret quaeſtio, ſtatim quae adſit editio, qua forma, quo habitu externo, quo loco repoſitus ſit, eadem facilitate, ac ſi modo de manu depoſuiſſet, indicauit. Poſt multorum vero annorum abſentiam, et librorum apparatum inſigniter auctum, quos perluſtrare et familiares ſibi reddere, vt conſueuerat alias, ante quam forulis conderentur, haud potuerat, de conficiendo indice coepit cogitare. Et cum praeter haec, indicem vniuerſalem ſecundum diſciplinas rite ordinatum deeſſe adhuc ſciret, nec vtilitatem eiusmodi operis, ſi exiſteret, permagnam ignoraret, commouerunt haec Ipſius animum ad litteras omni modo iuuandas ſemper procliuem, vt aliquot abhinc annis, hunc, quem vides, catalogum, ad ſuos et aliorum vſus condi iuberet. Primam in eo conficiendo legem hanc eſſe voluit, vt ſecundum diſciplinarum iuſtum ordinem, Scriptores quicunque de quocunque vel maxime raro ac ſingulari argumento, in certas diuiſi et ſubdiuiſi claſſes, cum ſui ordinis aliis generatim iuncti conſociarentur, iidemque non formae librorum externae, ſed ſolius argumenti, habita ratione, vt, qui cuiuſque exſtarent in Bibliotheca Bunauiana auctores, vno veluti conſpectu apparerent. Alterum, quod Illuſtriſſ. Comes mihi catalogum in ordinem redigenti neutiquam negligendum iniunxit, hoc fuit, vt non ſolum libros iuſta volumina conſtituentes ad ſuas referrem claſſes, ſed commentarios etiam minutos, diſſertationes,

pro-

prolusiones et schediasmata, istis, si argumento essent socii, etiam loco socios darem. Nec dissimulandum, esse saepius maioris momenti res in hisce dissertationibus, quam in maximae molis voluminibus, reconditas. Adseruari proinde istae, et notiores, quam sunt plerumque, reddi, eo magis merentur, quo facilius oculis sese subducunt, et quasi vix natae moriuntur. At hoc maxime singulare propriumque huic Catalogo, paucis exceptis scriptorum historicorum indicibus, iure dixerim, quod non tantum sistit scripta de aliqua re ex instituto et separatim edita, sed illuc etiam spectantia, aliis libris, vbi nemo facile quaereret, inserta. Multa scilicet de multis rebus scripta et disputata in vtramque partem sunt, eaque non singularibus libris, aut voluminibus, sed epistolis saepius, obseruationibus, praefationibus, aliisque minutis velut codicillis, hinc inde dispersis ac latentibus. Haec igitur, pro instituti huius ratione, ex ephemeridibus litterariis, operibus eruditorum iunctim editis, aliisque id genus collectionibus, excerpenda singula et ad suas referenda classes fuere. Commendauit inter alios, et vtilissimam censuit hanc eandem ordinandi catalogi rationem iam olim, Cl. Hottingerus in Bibliothecario, quem inscripsit, quadripartito, quandoquidem, quod ille de conficiendo scriptorum ecclesiasticorum indice praecipit, id in tali re in vniuersum valet. Esse nimirum, ait, non obiter tantum operum et auctorum faciendam mentionem: themata et tractatus distincte ex vastis illis voluminibus operum separanda, separa-

ta

ta in certas classes redigenda, nec ad talem indicem grandes modo tomos, sed et theses, programmata, praefationes, et quidquid in hunc veniat censum, debere referri. Quae quidem monita, vt esse saluberrima nemo non videt, ita in concinnando praesente catalogo, quo certior inde redundaret ad omnes vtilitas, haec eadem ratio ineunda visa est. Porro, cum ad adcuratiorem librorum cognitionem haud parum conferat, titulos eorum habere plenos, nec nimis praecisos, nihil hic in istis, quod quidem ad rem pertinere videbatur, omissum est, typographorum etiam nomina, quod nonnunquam vel ex his iudicari potest de pretio auctoritateque editionum, indicata sunt. Raritatis notas addi libris Illustriss. Comes noluit, ratus his facile carituros per se scientes

Quid distent aera lupinis;

imperitis vero, formulis istis solemnibus: liber rarus, rarissimus, raritatis immensae, stupendae etc. parum consultum fore. Norunt praeterea omnes, raros libros raro esse bonos. Plurimos ipsa argumenti leuitas et impietas, vel sicca et futilis tractatio, vel obscurum denique aut strigosum dicendi genus, raros dicam, an contemtos? effecerunt. Qui tamen sunt libri, non a raritate solum, sed a praestantia et vsu etiam, commendabiles, horum indices et recensiones dedere viri quidam erudititi, in hoc ipso opere adducti.

Illud constitutum initio erat, vt subiicerentur singulis libris breuia de iisdem eruditorum iudicia, vel indicarentur saltem ephemerides rei librariae praesentis, in quibus recensio illorum quaerenda esset. Nec, quantae hoc foret vtilitatis, latebat. Sed, praeterquam quod huius rei fructum non omnes, verum potius ii tantum percepturi videbantur, qui ephemeridas istas multitudine voluminum sumtuosas, aliosque plures, qui citandi fuissent, libros, ad manus haberent, metus erat, ne catalogus in nimiam excresceret magnitudinem, eoque ipso, quo vtiliorem efficere eum studuissemus, parabilis redderetur paucioribus. Proinde, omissis his, raras modo notulas passim adspersas inuenies, easdemque aut auctores, si illi vel anonymi, vel pseudonymi, erant, detegique poterant, concernentes, aut librum ipsum, cui subiectae sunt, si quando dignum aliquid et necessarium scitu de eo monendum esset.

Ipsi sub titulos certos ordinati scriptores, non, vt fieri consueuit, exhibentur promiscue. Qui generatim tractant argumentum quoddam, praemissi iis sunt, qui speciatim id persequuntur, siue in eius modo parte explicanda versantur. Seruatur porro inter hos aetatis, qua quisque vixit, vel scripsit, ordo, ita, vt primum antiquiores, deinde recentiores, producantur, et, quid de quolibet argumento, quacunque aetate, vel senserint veteres, vel hos aemulati recentiores, quid pertractatum a multis,

multis, quid a paucis, vel a nemine adhuc ſit, ſtatim liqueat. Poteſt hic ſubinde peccatum a me eſſe, cum dubia et incerta multorum ſcriptorum aetas ſit, ac ſaepius, quando ingenii eorum foetus lucem primum adſpexerint, nullo pacto ſciri queat. Sed veniam, ſpero, dabunt facile aequi cenſores, huiusmodi erroribus, qui, in opere praeſertim tam longo, a nemine, niſi extra errandi ſortem conſtituto, prorſus euitantur. Denique ſingulis libris ſubiunctae ſunt, ſi quae exſtant, verſiones, cenſurae, defenſiones, et quaecunque ad illuſtrandos aut melius intelligendos eos aliquid faciunt. Claſſium diſpoſitio et ſeries licet pendere ex arbitrio cuiusuis videatur, nec adeo, ſi modo verum non intercipiat vſum, aduocatione vel interprete indigeat, iuuat tamen hic ordinem in illis conſtituendis ſeruatum, et in poſterum ſeruandum, vt ad normam ab Illuſtriſſ. Comite praeſcriptam directus eſt, paucis explicare. Vulgares iſtae quatuor, quas faciunt Scientiarum claſſes, quae ſunt Theologia, Iurisprudentia, Medicina et Philoſophia, ad quam etiam Hiſtoricos, Mathematicos, Philologos et Litteratores referunt, vſu quidem receptae ſunt, conficiendisque librorum catalogis adhiberi ſolent. Verum nimis deflectit hic ordo ab ipſo diſciplinarum et artium, quo inter ſe iunctae continentur, ordine et natura, quam vt huic poſſit conuenire inſtituto. Alium igitur indoli et nexui diſciplinarum conuenientiorem ſequi viſum eſt. Harum omnium, ſi finem conſideres, genus duplex eſt. Alterum per ſe vtile, fru-

ctuoſum, et humano generi neceſſarium, alterum vero illud, quod viam ad iſtas breuius feliciusque percipiendas monſtrat, atque perceptas ad vſum ſocietatis humanae transferre docet. Licet autem prius horum longe praeſtantius altero recte iudicetur, verumque artium et ſcientiarum pretium, non ſubtilitate, ambitu et iucunditate illarum, ſed vſu potius, quem rebus humanis praeſtant, dimetiendum ſit, manet tamen et has diſciplinas earumque cultores ſuus omnino honos, quibus tanquam neceſſariis ad caeteras vtiliores ducibus vtimur, et vel hoc ipſo lato auxilio ſalutem promoueri humanam intelligimus. Dum itaque manifeſtum eſt, hoc genere litterarum, quae ab humanitate nomen ducunt, et elegantiores etiam iure quodam ſuo dicuntur, imbutum probe eſſe hominem ſtudioſum debere ante, quam ad praecipuas et ſublimiores ſcientias accedat: ſcriptores, qui in illis operam in primis poſuerunt, reliquis praemitti omnibus fas eſt. Inter hos, nemo, opinor, mirabitur Graecis Romanisque in hoc indice primum fere locum datum eſſe. Namque ſi omnem ingenii cultum ac liberalem diſciplinam ab hiſce ſolis auctoribus, poſt diſcuſſas ſuperiorum temporum tenebras, ex ſqualore protractis, ad nos demum dimanaſſe certum eſt, quod profecto ita eſſe, nemo, niſi expers rerum omnium, quae ad ſtudia pertinent, poteſt ignorare, ipſi illi auctores, locum, quem hic occupant, ſatis, vel tacente me, tuentur. At magis forte poterit mirum videri nonnullis,

agmen

agmen inter veteres, de quibus modo dixi, auctores, ducere ſacrum Codicem. His breuiter reſpondeo, ideo hoc fieri, quod conſtans ſemper ac conſentiens fuit, et adhuc eſt, piorum doctorumque hominum opinio, hunc librum, non modo antiquitate, veritate et vſu, quoſcunque ſuperare ſcriptores; ſed etiam, ſi argumentum ſpectes, verum ac primarium ſapientiae theſaurum aeſtimari et poſſe, et debere. Quo haec omnia ordine in catalogo relata ſint, videre licet ex claſſium conſpectu, huic praefationi ſubiuncto. Ad eam modo hic partem, quae veteres ſiſtit ſcriptores Graecos atque Latinos, pauca monebo. De multorum aetat ecum certo ſatis non conſtet, nec locus hic eſſet conferendi inter ſe et componendi doctorum de hac re ſententias, duce potiſſimum vſus ſum in iſto negotio Celeb. Fabricii Bibliotheca Graeca et Latina, interdum tamen et aliis in conſilium adhibitis. Additi cuilibet veterum ſcriptorum ſunt ſui interpretes ac ſcholiaſtae, ſeu quicunque commentariis aut notis ſcribendis eos enarrare adgreſſi ſunt: nec ſolum illi, qui totum aliquem librum, ſed etiam, qui partem eius nonnullam, vel locum ſingularem, animaduerſionibus ſuis illuſtrarunt. Fuere praeterea poſt Chriſtum natum plures, qui, cum Graece, tum Latine, de rebus potiſſimum ſacris et eccleſiaſticis, ſcripſerunt, quosque Patres eccleſiae appellare mos eſt: horum quidem monumenta ſingularem aliquando et magis proprium in hoc indice locum ſortientur.

Habent et Iudaei atque Muhammedani ſuos, quos iactant, eruditionis, a noſtra multis modis diuerſae, fontes. Illorum quidem, quod conſtat, omnis fere doctrina potiſſimum a maioribus traditis et in Talmud congeſtis opinionibus, horum autem Alcorano, centone iſto a Muhammede conſuto, nititur. Iam ſint licet impuri, ſint putidi hi fontes, ſit falſa maximam partem aut abſurda, quae inde deriuatur, ſcientia; neque tamen abludens plane ab inſtituto hoc, neque a loco, quo indicandi erant omnis eruditionis humanae fontes, alienum eſt viſum, duobus celebratiſſimis libris, qui tales omnino creduntur eſſe, Talmudi ſcilicet et Alcorano, paucas tribuere pagellas.

Opera eruditorum varia in vnum collecta corpus iunctimque edita, quae quidem diuerſa ad diuerſas diſciplinas pertinentia ſcripta complectuntur, iam viderunt alii, qui in ordinandis librorum catalogis verſati ſunt, alio referri, niſi in ſeparatam ipſisque propriam claſſem, commode haud poſſe. Hanc quoque hic adſignare illis, et hoc quidem, quem habent, loco, placuit, cum, quia non ad vnum, ſed ad varia doctrinarum genera, ſubſidia praebent, tum quoniam in ſubſequentibus ſingularum artium ac diſciplinae claſſibus frequentius ſcripta ex his collectionibus excerpta adducuntur. Adduci vero partes, ante quam de toto lectori conſtaret, inconueniens videbatur.

Dictae ſunt, opinor, cauſſae, cur Scriptores adhuc a me commemorati in hoc catalogo praecedere iuſſi ſint. Liquet

ex

ex iisdem, quo conſilio illos proxime ſequantur ſingularum artium liberalium auctores, illi videlicet, qui de cognitione librorum et omni re litteraria exponunt, Philologi item, Rhetores et Poetae. De hiſce omnibus ſigillatim, ordineque in illis ſeruato exponi opus non eſt, cum, quia per ſe, quidquid huius eſt inſtituti, probatum iri intelligentioribus confido, tum quoniam ea facile ex Conſpectu, huic volumini praemiſſo, ad quem rurſus, vt ante, lectorem ablego, cuiuis patebunt. Seriem reliquarum humanitatis artium diſciplinarumque, et librorum ad illas pertinentium, continuabunt Tomi hunc priorem ſecuturi. Exhibebit enim Tomus II Hiſtoriam vniuerſalem partesque rerum ab hac non ſeparandas, Chronologiam, Geographiam, Genealogiam et Heraldicam; Hiſtoriam item antiquiſſimam cum Graeca et Romana, et niſi aliud ſuadeat proferendorum copia, antiquitatum et rei numiſmaticae auctores, Tomus III eccleſiaſticam, Tomus IV Italiae et Germaniae, Tomus V et VI Hiſpaniae, Galliae, Britanniae, et reliquarum regionum gentiumque, hiſtoriam. Abſoluto demum hiſtoricorum catalogo, enumerare conſtitutum eſt, illos auctores, quorum in primariis et ſublimioribus ſcientiae locis, Philoſophia, Theologia, Iure et Medicina, exſtant ingeniorum monumenta.

Haec, Lector, praefari de huius inſtituti ratione licuit. Plura, fateor, de ſplendida Bibliotheca, cui hoc debet opus vſibus ſuis conſecratum orbis litteratus, dici a me potuiſſent, nec iſta ſcitu indigna, aut cuiquam, vt puto, ingrata, ſed bre-

vitatis

vitatis ſtudio dicere non potui, nec debui. Vnum addo. Vident docti, quin etiam bibliopolae, quos libros habeat, quos habere curet, Bibliotheca Bunauiana, et qui inter commemoratos primo hoc Catalogi Tomo deficiant. Eſt animus Illuſtriſſimo Poſſeſſori augere hunc apparatum et ſupplere, quoad vitam Ipſi viresque concesſerit Summum Numen. Gratiſſimam proinde rem illi facturi ſunt, quicunque ſcripta, quae adhuc deſunt, minutiora praeſertim, in regionibus exteris edita, vel in noſtris etiam oris rariora, ſubminiſtrare, aut, vnde conquiri poſſint, ſignificare voluerint.

Neminem puto fore litterarum, et eorum, qui has promouent, adeo parum amantem, quin pia mecum pro incolumitate ac ſalute tanti Muſarum Patroni vota nuncupet, vt ad ſeram vſque aetatem in rei tam publicae, quam litterariae, decus ac praeſidium ſuperſit, Suoque egregio theſauro litterario, nullo timore ſollicitatus, nullo aduerſo caſu interruptus, quod Plinius rectam ſinceramque vitam iure dixit, quam diutiſſime fruatur. Quod meum eſt, id ſedulo operam me daturum ſpondeo, vt reliquae huius Catalogi partes, quam primum per laborem operi tam vaſto grauique impendendum fieri poterit, ea perfectae prodeant ratione, quae cum voluntati Eius, cuius iuſſu et auſpiciis omne hoc agitur, reſpondeat, tum rei litterariae vniuerſae, cuius cauſſa ſuſceptum eſt inprimis, fructuoſa ſit. Nethnicii, in agro Dresdenſi, menſe Aprili a C. N. CIↃ IↃ CC L.

CON-



CONSPECTVS
TOMI I
CATAL. BIBLIOTH. BVNAVIANAE
PARS I
FONTES OMNIS ERVDITIONIS, CVM SACRAE, TVM PROFANAE.
LIBER I
SACRI CODICIS EDITIONES.

§. I. *Dictys Cretens. et Dares Phrygius.*
II. *Hanno.*
III. *Hermes Trismegistus.*
IV. *Asclepius, s. Aesculapius.*
V. *Horus Apollo, s. Horapollo.*
§. VI. *Musaeus.*
VII. *Orpheus.*
VIII. *Palaephatus.*
IX. *Sibyllina Oracula.*
X. *Zoroastris Oracula.*

SECT. II. Scriptores Graeci ab Homero vsque ad Platonem.

§. I. *Homerus.*
II. *Hesiodus.*
III. *Tyrtaeus.*
IV. *Archilochus.*
V. *Alcman.*
VI. *Alcaeus.*
VII. *Sappho.*
VIII. *Solon.*
IX. *Anacharsis.*
X. *Phalaris.*
XI. *Aesopus.*
XII. *Stesichorus.*
XIII. *Mimnermus.*
XIV. *Ibycus.*
XV. *Theognis.*
XVI. *Pythagoras.*
XVII. *Theano.*
XVIII. *Simonides.*
XIX. *Phocylides.*
XX. *Anacreon.*
XXI. *Epicharmus.*
XXII. *Heraclitus, Ephes.*
XXIII. *Pindarus.*
XXIV. *Aeschylus.*
XXV. *Democritus.*
XXVI. *Themistocles.*
§. XXVII. *Sophocles.*
XXVIII. *Phrynichus.*
XXIX. *Philonides.*
XXX. *Ocellus Lucanus.*
XXXI. *Empedocles.*
XXXII. *Euripides.*
XXXIII. *Bacchylides.*
XXXIV. *Hippocrates.*
XXXV. *Herodotus.*
XXXVI. *Gorgias.*
XXXVII. *Antiphon.*
XXXVIII. *Andocides.*
XXXIX. *Thucydides.*
XL. *Cratinus.*
XLI. *Socrates.*
XLII. *Aeschines Socrat.*
XLIII. *Agathon.*
XLIV. *Plato, Comicus.*
XLV. *Lysias.*
XLVI. *Cebes.*
XLVII. *Eupolis.*
XLVIII. *Aristophanes.*
XLIX. *Ctesias.*
L. *Isocrates.*
LI. *Alcidamas.*
LII. *Xenophon.*

SECT. III. Scriptores Graeci a Platone vsque ad nati Christi tempora.

§. I. *Plato, Philosophus.*
II. *Isaeus.*
III. *Aristippus.*
IV. *Antisthenes.*
V. *Demosthenes.*
VI. *Demades.*
VII. *Aeschines, Orator.*
VIII. *Hyperides.*
IX. *Diogenes Cynicus.*
X. *Lycurgus.*
XI. *Chion.*
XII. *Aristoteles.*
XIII. *Alexander M.*
XIV. *Theophrastus.*
XV. *Autolycus Pitanaeus.*
XVI. *Dicaearchus.*
XVII. *Euclides.*
XVIII. *Crates.*

§. XXXIII. *Herodianus, Grammat.*
XXXIV. *Pausanias.*
XXXV. *Polyaenus.*
XXXVI. *Lucianus.*
XXXVII. *Galenus.*
XXXVIII. *Sextus Empiricus.*
XXXIX. *Diogenes Laertius.*
XL. *Oppianus.*
XLI. *Zenobius.*
XLII. *Agathemer.*
XLIII. *Athenaeus.*
XLIV. *Cl. Aelianus.*
XLV. *Nicomachus Gerasenus.*
XLVI. *Aelius Dionysius Halicarnass. Atticista.*
XLVII. *Apollodorus Architect.*
XLVIII. *M. Aurel. Antoninus Imp.*
XLIX. *Marcellus Sidetes.*
L. *Demetrius Phalereus.*
§. LI. *Hephaestio Alexandrinus, Grammat.*
LII. *Maximus Tyrius.*
LIII. *Iulius Pollux.*
LIV. *Alcinous.*
LV. *Philostrati.*
LVI. *Callistratus.*
LVII. *Iulius Africanus.*
LVIII. *Alexander Aphrodis.*
LIX. *Apsines.*
LX. *Herodianus Historic.*
LXI. *Plotinus.*
LXII. *Callinicus Sophista.*
LXIII. *Dionysius Longinus.*
LXIV. *Hesychius Alexandrin.*
LXV. *Dexippius Herennius.*
LXVI. *Porphyrius.*
LXVII. *Hierocles, Philosoph. Platon.*
LXVIII. *Helladius Besantinous.*

Sect. V. Scriptores a Constantini M. aetate vsque ad captam a Turcis Constantinopolin.

§. I. *Anatolius, Medicus.*
II. *Iamblichus.*
III. *Dexippus, Peripatet.*
IV. *Heliodorus.*
V. *Heliodorus Larissaeus.*
VI. *Libanius, Sophista.*
VII. *Maximus, Sophista.*
VIII. *Maximus Ephesius Philos.*
IX. *Iulianus Imp.*
X. *Oribasius.*
XI. *Aristaenetus.*
XII. *Themistius.*
XIII. *Himerius.*
XIV. *Harpocration.*
XV. *Paulus Alexandrin. Astrologus.*
XVI. *Pappus Alexandrin.*
XVII. *Theon Alexandrin. Mathemat.*
XVIII. *Aetius Amidenus.*
XIX. *Ammonius, Grammat.*
XX. *Eunapius Sardianus.*
XXI. *Nonnus Panopolites.*
XXII. *Synesius Cyrenaeus.*
§. XXIII. *Olympiodorus.*
XXIV. *Priscus, Rhetor et Sophista.*
XXV. *Zosimus.*
XXVI. *Cleomedes.*
XXVII. *Aphthonius.*
XXVIII. *Paulus Aegineta.*
XXIX. *Stephanus Byzantin.*
XXX. *Seuerus Alexandrin. Rhetor.*
XXXI. *Stobaeus.*
XXXII. *Aeneas Gazaeus.*
XXXIII. *Theon Alexandrin. Sophista.*
XXXIV. *Malchus Philadelphiens.*
XXXV. *Syrianus.*
XXXVI. *Proclus Lycius.*
XXXVII. *Ammonius, Hermae F.*
XXXVIII. *Eutocius Ascalonita, Mathematicus.*
XXXIX. *Simplicius.*
XL. *Ioannes Grammaticus, Philoponus.*
XLI. *Quintus Calaber.*
XLII. *Coluthus.*

§. XIV.

§. XIV. *Diophantus Alexandrin.*
XV. *Dositheus Magister.*
XVI. *Eranius Philo.*
XVII. *Eustathius*, *s. Eumathius.*
XVIII. *Gabrias*, *s. Babrias.*
XIX. *Gaudentius*, *Musicus.*
XX. *Hero, Mathematicus, huius nominis tertius.*
XXI. *Hierocles, Grammat.*
XXII. *Iohannes Grammat. Gazaeus.*
XXIII. *Leo Magentinus.*
XXIV. *Lesbonax*; *Rom. Grammat.*
XXV. *Longus, Pastoralium Scriptor.*
XXVI. *Ioh. Malalas*, *s. Malelas, Antiochenus.*
XXVII. *Menander*, *Rhetor.*
§. XXVIII. *Minucianus*, *s. Nicagoras.*
XXIX. *Moeris*, *Atticista.*
XXX. *Plochirus.*
XXXI. *Polemon*, *Physiognom.*
XXXII. *Ptolemaeus Ascalonita.*
XXXIII. *Salustius*, *Philosophus.*
XXXIV. *Serenus Antissensis.*
XXXV. *Synesius*, *Philosoph.*
XXXVI. *Theodorus Cynopolita.*
XXXVII. *Theodosius Tripolites.*
XXXVIII. *Tiberius*, *Rhetor.*
XXXIX. *Timaeus, Platonicus, iunior, Sophista.*
XL. *Xenophon Ephesius.*
XLI. *Auctores anonymi.*

LIBER III.

AVCTORES LATINI VETERES.

CAP. I. *COLLECTIONES OMNIS GENERIS SCRIPTORVM LATINORVM VETERVM.*

SECT. I. Corpora Poetarum et Collectiones Fragmentorum.
II. Collectiones Grammaticorum et Scriptor. de Lingua Latina.
III. Rhetores et Oratores iunctim editi.
IV. Epistolographi.
V. Mythographi Latini.
VI. Medici Latini veteres iunctim editi.
VII. Collectiones Legum Romanarum.
VIII. Scriptores Rei Militaris.
IX. —— —— Rei Rusticae.
X. —— —— Rei Agrimensoriae.
XI. Collectiones Geographorum.
—— —— et Fragmenta Historicorum.

CAP. II. *SCRIPTORVM LATINORVM SINGVLORVM EDITIONES.*

SECT. I. Scriptores aureae aetatis vsque ad Tiberii tempora.

§. I. *M. Accius Plautus.*
II. *M. Portius Cato.*
III. *P. Terentius.*
IV. *T. Lucretius Carus.*
V. *C. Valer. Catullus.*
VI. *Cornel. Nepos.*
§. VII. *M. Terentius Varro.*
VIII. *M. Tullius Cicero.*
IX. *P. Nigidius Figulus.*
X. *C. Crispus Sallustius.*
XI. *C. Iul. Caesar.*
XII. *T. Liuius.*

§. XIII

LIBER IV

FONTES ERVDITIONIS IVDAICAE ET MVHAMEDICAE.

LIBER V.

OPERA VARIA,
QVAE NON AD VNAM, SED AD VARIAS ERVDITIONIS PARTES PERTINENT.

PARS II.
HISTORIAM LITTERARIAM EXHIBENS.

LIBER I.
HISTORIAE LITTERARIAE VNIVERSALIS SCRIPTORES.

SECT.

LIBER II.

HISTORIAE LITTERARIAE PARTICVLARIS SCRIPTORES.

Sect.

LIBER III.

HISTORIA LITTERARIA ARTIVM ET SCIENTIARVM.

Cap. I. *DE LINGVIS.*

Sect. I. De Linguarum origine fatisque in genere.
II. De Lingua primaeua.
III. De Confusione et Diuersitate Linguarum.
IV. De Harmonia Linguarum.
V. De Linguis Obseruationes variae.
VI. De Cognitione Scriptorum philologicorum, grammaticorum, Lexicographorum, aliorumque ad Linguas pertinentium.
VII. De Linguis Orientalibus in genere, earumque vtilitate.
VIII. De Lingua Hebraica.

§. I. *De Linguae Hebraicae origine, antiquitate et fatis, item de Grammaticis et Lexicis.*
§. II. *De Linguae Hebraicae vtilitate, perfectione, defectibus.*

Sectio. IX. De Linguis Orientalibus variis.

§. I. *Aegyptiaca, s. Coptica.*
II. *Aethiopica.*
III. *Arabica.*
IV. *Armenica.*
V. *Babylonica.*
VI. *Chaldaica.*
VII. *Indica.*
§. VIII. *Lycaonica.*
IX. *Persica.*
X. *Phoenicia, s. Punica.*
XI. *Samaritana.*
XII. *Silhensi.*
XIII. *Sinensi, s. Chinensi.*
XIV. *Syriaca.*

Sectio X. De Lingua Graeca.

§. I. *Historia Linguae Graecae et de Lexicis Graecis.*
§. II. *De Linguae Graecae vsu et praestantia.*

Sectio. XI. De Lingua Latina.

§. I. *Historia Linguae Latinae.*
II. *De Latinae Linguae origine, propagatione, corruptione et statu hodierno Scripta varia.*
§. III. *De Latinae Linguae vsu et praestantia.*

Sect. XII. De Linguis veteribus Europae, Celtica, Gothica et reliquis Septentrionalibus.
XIII. De Lingua Italica.

§. I. *De origine et fatis Linguae Italicae.*
§. II. *De praestantia et laudibus eiusdem.*

Sect. XIV. De Lingua Hispanica et Lusitanica.
XV. De Lingua Gallica.

§. V.

SECT.

LIBER V.

HISTORIA SCHOLARVM, ACADEMIARVM ET SOCIETATVM LITTERARIARVM.

SECT. VI. De variis Rebus ad Academias pertinentibus, earumque naeuis et emendatione.
VII. De Academiis Germaniae.

§. I. *Scriptores Generales.*
II. *Scriptores Speciales.*

Altorfina.
Argentoratensis.
Bambergensis.
Coloniensis.
Duisburgensis.
Erfurtensis.
Erlangensis.
Francofurtana.
Giessensis.
Gottingensis.
Graecensis.
Gryphiswaldensis.
Halensis.
Heidelbergensis.
Helmstadiensis.
Ienensis.
Ingolstadiensis.
Kiloniensis.
Lipsiensis.
Marburgensis.
Molshemensis.
Osnabrugensis.
Paderbornensis.
Pragensis.
Rinteliensis.
Rostochiensis.
Salzburgensis.
Treuirensis.
Tubingensis.
Viennensis.
Wittebergensis.
Wurzburgensis.

SECT. VIII. De Academiis Heluetiae.

Basileensis.
Geneuensis.
Lausannensis.

SECT. IX. De Academiis Italiae.

Bononiensis.
Ferrariensis.
Firmana.
Florentina.
Mediolanensis.
Neapolitana.
Patauina.
Pauiensis, v. *Ticinensis.*
Perusina.
Pisana.
Romana.
Taurinensis.
Ticinensis, *s. Pauiensis.*
Vrbinensis.

SECT. X. De Academiis Galliae.

§. I. *Scriptores Generales.*
II. *Scriptores Speciales.*

Andegauensis.
Aquensis.
Aueniouensis.
Aurelianensis.
Bituricensis.
Cadomensis.

 Cadur-

CAP.

SECT. I. Scriptores critici de Eruditione et Studiis Foeminarum.
II. Scriptores historici generales de Foeminis eruditis.
III. Vitae singularum quarundam Foeminarum eruditarum, ordine alphabetico.

LIBER VII.

OBSERVATIONES VARIAE AD HISTORIAM LITTERARIAM PERTINENTES.

CAP. I. *COLLECTIONES DISSERTATIONVM ET OBSERVATIONVM DE RE LITTERARIA ET VIRIS ERVDITIS.*

SECT. I. Dissertationes et Obseruationes litterariae, Latino Sermone editae.
II. —— —— —— Gallico Sermone.
III. —— —— —— Italico Sermone.
IV. —— —— —— Germanico Sermone.
V. —— —— —— Anglico Sermone.

CAP. II. *LIBRI IN ANA.*
III. *ITINERA LITTERARIA.*

SECT. I. De Peregrinationum litterariarum origine, vtilitate, et eas rite instituendi modo.
II. Itinera Litteraria.

CAP. IV. *SCRIPTORES MISCELLANEI, LITTERARII ARGVMENTI, QVI AD CERTAM CLASSEM COMMODE HAVD POTVERVNT REFERRI.*

LIBER VIII.

DE METHODO STVDIORVM.

CAP. I. *COLLECTIONES SCRIPTORVM DE STVDIIS RITE INSTITVENDIS.*

II. *DE DELECTV INGENIORVM.*

III. *DE STVDIO PVERILI, INSTITVTIONE SCHOLASTICA, ET METHODO IN STVDIIS LITTERARVM, INPRIMIS HVMANIORVM.*

IV. *DE INSTITVTIONE PRINCIPVM ET NOBILIVM IVVENVM.*

V. *DE STVDIIS ACADEMICIS RITE INSTITVENDIS.*

VI. *DE RATIONE EXCERPENDI.*

VII. *DE MEMORIA ARTIFICIALI.*

VIII. *DE REGIMINE SANITATIS ET MORBIS ERVDITORVM.*

Sect.

Sect.

§. I. *Dictionaria.*
II. *Etymologica et Glossaria.*

Sect. V. Scriptores de Prouerbiis Gallicis.

Cap. VIII. *DE LINGVA GERMANICA.*

Sect. I. Collectiones variorum Scriptorum ad Germanicam Philologiam priscam spectantium.
II. Reliquiae veterum Linguarum Germanicarum.
III. Introductiones in cognitionem veterum Linguarum Germanicarum, et Glossaria.
IV. Grammatici recentioris Linguae patriae.
V. Scriptores particulares Grammatici de Lingua Germ.
VI. Lexica Germanica.
VII. Scriptores Etymologici de Lingua Germanicia.
VIII. Scriptores de Prouerbiis Germanicis.

Cap. IX. *DE LINGVA ANGLICA.*

Sect. I. De Linguis Britannicis veter.
II. De Lingua Anglica recentiore.

§. I. *Grammatici.*
II. *Lexicographi.*

Cap. X. *DE LINGVA BELGICA.*

Sect. I. Grammatici.
II. Lexicographi et de Prouerbiis Scriptores.
III. De Conuenientia Linguae Belg. cum aliis.

Cap. XI. *DE LINGVIS SEPTENTRIONALIBVS.*

Sect. I. De Runis.
II. De Lingua Islandica.

§. I. *Monumenta, quae supersunt, veter. Linguae Island.*
II. *Grammatici et Lexicographi Linguae Island. et Groenland.*

Sect. III. De Lingua Danica.
IV. De Lingua Suecica, Fennica, Lapponica.

Cap. XII. *DE RELIQVIS LINGVIS EVROPAEIS, INPRIMIS SLAVICAE ORIGINIS.*

Sect. I. De Lingua Sorabica, vel Slauica.
II. De Lingua Bohemica.
III. De Lingua Polonica, Lettica, Russica.

§. II.

LIBER III.

RHETORES ET ORATORES.

LIBER IV.

POETAE.

Sect.

SECT. I. Poetae Latini Veteres.

II. —— —— —— Chriſtiani, aliique Scriptores medii aeui, qui ligato ſermone aliquid reliquerunt.

III. —— —— Recentiores.

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera ſingulorum.*

CAP. IV. *POETAE ITALICI.*

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera ſingulorum.*

CAP. V. *POETAE HISPANICI ET LVSITANICI.*

CAP. VI. — — *GALLICI*

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera Singulorum.*

CAP. VII. *POETAE GERMANICI.*

SECT. I. Antiqui.

II. Recentiores.

§. I. *Collectiones diuerſorum Poetarum.*

§. II. *Opera ſingulorum.*

CAP. VIII. *POETAE ANGLICI.*

SECT. I. Collectiones diuerſorum Poetarum.

II. Opera ſingulorum.

CAP. IX. *POETAE BELGICI.*

CAP. X. —— —— *POLONICI.*

CAP. XI. —— —— *ARABICI.*

CAP. XII. *VARIA INGENII MONVMENTA, TAM SOLVTO, QVAM LIGATO, SERMONE SCRIPTA.*

SECT. I. Satyrae.

II. Fabulae.

III. Facetiae, aliaque Ludicra.

IV. Macaronica, *Burleſques.*



TOMI

TOMI I
CATALOGI
BIBLIOTHECAE
BVNAVIANAE
VOLVMEN I.


CATALOGVS BIBLIOTHECAE BVNAVIANAE

TOMVS I.

AVCTORES ANTIQVOS
SACROS ET PROFANOS,
OPERA VARIA, LITTERATORES,
PHILOLOGOS, EPISTOLOGRAPHOS,
RHETORES ET POETAS
EXHIBENS.

PARS I.

FONTES OMNIS ERVDITIONIS,
CVM SACRAE, TVM PROFANAE.



PARS I.

FONTES OMNIS ERVDITIONIS,

CVM SACRAE, TVM PROFANAE.

LIBER I.

SACRI CODICIS EDITIONES.

CAPVT I.

BIBLIA POLYGLOTTA.

SECTIO I.

BIBLIA POLYGLOTTA INTEGRA.

Biblia Sacra, Hebraice, Chaldaice, Graece et Latine, nunc primum impressa de mandato et sumtibus *Franc.* SIMENII de CISNEROS, Cardinalis etc. *In Complutensi Vniuersitate, industria Arnaldi Guilielmi de Brocario, 1514-1517, fol. Voll. VI.*

Biblia Sacra, Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Graeca, Syriaca, Latina et Arabica, cura et studio *Guid. Mich.* LE IAY, *Paris. typis Ant. Vitré, 1645, fol. Voll. X.*

Biblia Sacra, Graece, Latine, Germanice, opera *Dav.* WOLDERI, *Hamb. excud. Iac. Lucius, 1596. fol. cum Fig. Voll. III.*

Biblia Polyglotta, studio *Eliae* HVTTERI, cum Praefatione *Iac.* COLERI, *Norimb. 1599, fol. Voll. III.*

* *In hac Editione Libri Mosis, Iosuae, Iudicum, Ruth* [*nulla enim Editionum*

HVTTERI *vltra librum Iudicum et Ruth progreditur*] *exhibentur Hebraice, Chaldaice, Graece, Latine, Germanice, Italice; Nouum vero Teſtamentum Syriace, Hebraice, Graece, Latine, Germanice, Bohemice, Italice, Hiſpanice, Gallice, Anglice, Danice, Polonice.*

Biblia Polyglotta, complectentia Textus originales, Hebraicum, cum Pentateucho Samaritano, Chaldaicum, Graecum, Verſionumque antiquarum, Samaritanae, Graecae LXX. Interpretum, Chaldaicae, Syriacae, Arabicae, Aethiopicae, Perſicae, vulgatae Latinae, quicquid comparari poterat, cum Textuum et verſionum orientalium Translationibus Latinis. Ex vetuſtiſſimis MSS. vndique conquiſitis optimisque exemplaribus impreſſis, ſumma fide collatis. Quae in prioribus editionibus deerant, ſuppleta. Multa, ante hac edita, de nouo adiecta. Omnia eo ordine diſpoſita, vt Textus cum verſionibus vno intuitu conferri poſſint. Cum Apparatu, Appendicibus, Tabulis, variis Lectionibus, Annotationibus, Indicibus. Opus in VI. Tomos tributum. Edidit *Brianus* WALTONVS, *Lond. impr. Thom. Roycroft*, *1657*, *fol. Voll. VI.*

Biblia quadrilinguia, ſiue Hebraea, Graeca, Latina et Germanica Veteris Teſtamenti, diuerſis lectionibus et annotationibus criticis et exegeticis inſtructa; Nouum Teſtamentum Graecum cum verſionibus, Syriaca, Graeca vulgari, Latina [*Seb.* SCHMIDII] et Germanica [*Mart.* LVTHERI.] Vniuerſa ad optimas quasque Editiones recognita, adiectis variantibus Lectionibus, tum Graecis ex edit. N. T. *Ioh.* MILLII, tum Syriacis ex Polyglottis Anglicanis et Ed. SCHAAFII etc. nec non locis parallelis et annotationibus philologicis et exegeticis, accurante *Chr.* REINECCIO, *L. ſumt. haered. Lanckiſianor. 1713*, *fol.*

SECTIO II.

BIBLIORVM POLYGLOTT. PARTES.

Epitome Bibliorum, continens inſigniora Veteris et Noui Teſtamenti dicta, in Sex linguis: Hebraice, Chaldaice, Syriace, Graece, Latine et Germanice, ſtudio *Valent.* SCHINDLERI, *Witteb. 1578*, *8.*

Geneſeos Liber, Hebraice, Chaldaice, Graece, Latine et Germanice, ſtudio *Ioh.* DRACONITAE, *Witteb. 1563*, *fol.*

Geneſis, Hebraice, Graece, Latine et Germanice, ſtudio *Eliae* HVTTERI, *Norimb. 1601*, *8.*

Pſalterium quadruplex, videlicet Hebraice, Graece et Latine, tam ex verſione S. HIERONYMI ſecundum Hebraicam veritatem, quam ex vulgata Latina, cura et ſtudio *Deſid.* ERASMI et *Conr.* PELLICANI. *v. in Appendice Tomi VIII. Operum* HIERONYMI, *Baſ. typis Ammerbachii, 1516*, *fol.*

Pſalterium ſextuplex; Hebraeum, cum tribus Latinis, videlicet D. HIERONYMI, *Sanctis* PAGNINI et FELICIS *Pratenſis*. Graecum LXX. Interpretum, cum Latina vulgata, *Lugd. ap. Sebaſt. Gryphium*, *1530*, *8.*

Nouum Teſtamentum Graece et Latine (ex verſionis *Theod.* BEZAE ſecunda editione) cum Interpretatione Syriaca Hebraeis typis deſcripta, plerisque locis emendata. Eadem Latino ſermone reddita, Auctore *Imman.* TREMELLIO, cuius etiam Grammatica Chaldaica et Syra calci operis

ris adiecta est, *Geneuae, excud. Henr. Stephanus*, 1569, *fol.*

Oratio dominica XXVI Linguis diuersis, studio *Angeli* ROCCHAE edita.

v. in Append. Eiusdem *Libri de Bibliotheca Vaticana, Romae*, 1591, 4. *pag.* 365-376.

Oratio dominica in diuersas omnium fere gentium Linguas versa, et propriis cuiusque Linguae characteribus expressa, vna cum Dissertationibus nonnullis de Linguarum origine, variisque ipsarum permutationibus, Editore *Ioh.* CHAMBERLAYNIO, *Amst. typis Guil. et Dav. Goerei*, 1715, 4.

Orationes dominicae linguis Czeremissica, Samoiedica, Mogallica, Tongoina et Hottentottica conceptae.

v. in LEIBNITII *Collectan. Etymolog. Part. II. pag.* 369. *Hannov.* 1717, 8.

Epistolae Quatuor: PETRI II, IOHANNIS II et III, et IVDAE vna, ex Bibliothecae Bodleianae MS. exemplari nunc primum depromtae, Syriace, Hebraice, Graece, Latine, Notisque quibusdam insignitae opera et studio *Edw.* POCOCKE, *Lugd. Bat. ex offic. Bonav. et Abr. Elzevir.* 1630, 4.

Apocalypsis D. IOANNIS Syriace, Hebraice et Graece, cum versione Latina et Notis *Ludouici* DE DIEV.

accessit Ludouici DE DIEV *Criticis Sacris Amst.* 1693, *fol. p.* 763. *sqq.*

CAPVT II.

BIBLIA HEBRAICA.

SECTIO I.

BIBLIA HEBRAICA INTEGRA VET. TEST.

Biblia Hebraica, *Venetiis, apud Dan. Bombergum*, 1543, 4.

Biblia Hebraica, cum Punctis, additi sunt duodecim Prophetae, cum Commentariis R. *David* KIMHI, ex recognitione *Franc.* VATABLI, *Parisiis, ex officina Rob. Stephani*, 1539-1544, 4. *Voll. IV.*

Biblia Hebraica, *Parisiis, ex officina Rob. Stephani, a mense Febr.* 1544, *ad mensem Ian.* 1546, 16, *Voll. VII.*

* *Haec Editio praecedentem Rob.* STEPHANI *et venustate et diligentia longe superat, iudice* LE LONG *in Biblioth. Sacr. T. I. p.* 65.

Biblia Sacra, Hebraea, cum vtraque Masora et Targum, item cum Commentariis Rabbinorum, editio secunda, auctior et accuratior, studio et cum praefatione *R.* IACOB F. HHAIIM, *Venetiis, ex domo Dan. Bombergi*, opera *Corn.* ADELKENAD, Leuitae, an. 307-309, Christi 1547-1549, *Tomi IV, fol. maj. Voll. II.*

Biblia Hebraica cum punctis, *Antv. ap. Cph. Plantinum*, 1566, 8. *Voll. II.*

—— Eadem. *Ibidem, apud eundem, eodem anno*, 4to.

Biblia, Hebraice, cum interlineari versione *Xantis* PAGNINI, *Bened.* ARIAE MONTANI,

TANI, et *aliorum* collato studio ad Hebraicam dictionem diligentissime expensa. Accessit Bibliorum Pars Graeca, quae Hebraice non inuenitur, cum interlineari interpretatione Latina, ex Bibliis Complutensibus depromta, *Antv. ex officina Plantiniana Raphelengii*, *1608-1613*, *8. Voll. III.*

Biblia Sacra Hebraea, cum vtraque Masora et Targum, item cum Commentariis Rabbinorum, iuxta secundam anni M. D. XLIX. editionem, studio *Ioh.* BVXTORFII, patris, adiecta est *eiusdem* Tiberias, siue Commentarius Masoreticus, Editio quinta, IV. Tomi, *Bas. apud Ludov. Koenig*, *1618*, *1619*, *fol. Voll. II.*

Biblia Sacra Hebraica, cum punctis, item cum notis Hebraicis, et lemmatibus Latinis: ex recensione *Dan. Ern.* IABLONSKI, cum *eius* praefatione Latina, *Berolini*, *opera et impensis Ioh. Henr. Knebelii*, *1699*, 4.

Biblia Hebraica, secundum vltimam editionem *Ios.* ATHIAE, a *Ioh.* LEVSDEN denuo recognitam, recensita, atque ad Masoram et correctiores, BOMBERGI, STEPHANI, PLANTINI, *aliorumque* editiones exquisite adornata, variisque Notis illustrata ab *Euerardo vander* HOOGHT, *Amst. et Vltraj. ap. Boom*, *Waesberge* etc. *1705*, *8. maj.*

Biblia Hebraica. Subiungitur *Ioh.* LEVSDENII Catalogus 2294. selectorum versuum, quibus omnes voces Veteris Testamenti continentur. *Ex officina D. E.* IABLONSKI, *cuius* Praefatiuncula praemittitur, *Berolini*, *1712*, *8.*

SECTIO II.

BIBLIORVM HEBRAICORVM PARTES

CVM PARAPHRASI CHALDAICA ET SINE EA.

Pentateuchus, Hebraice, cum Targum, seu Paraphrasi Chaldaica, et quinque Meghillot, cum punctis: studio MENASSEH *Ben* ISRAEL, *Amst. sumt. Henr. Laurentii*, *an. 391*, *Christi 1631*, 4.

Pentateuchus, Hebraice, cum triplici Targum, seu paraphrasi Chaldaica, accesserunt Commentarii R. *Salomonis* IARCHI, notationes criticae et variae lectiones, quinque parua volumina, cum paraphrasi Chaldaica, volumen ESTHER, et Sectiones Prophetarum, quae in Synagogis praeleguntur, *Amstelodami*, MENASSEH *Ben* ISRAEL, *an. 400*, *Christi 1640*, 4.

Geneseos Caput I. Hebraice et Graece, Specimen Hexaplorum ORIGENIS.

v. in FABRICII *Bibliotheca Graeca Lib. III. cap. XII.*

Psalterium Hebraeum, ex recensione *R.* MENASSEH *Ben* ISRAEL, *sumt. Henr. Laurentii*, *1646*, 12.

Liber Psalmorum, Hebraice, Editio noua, cum annotationibus *Ant.* HVLSII, *Lugd. Bat. ex officina Ioh. Maire*, *1650*, 12.

Psalmi, Hebraice, cum Latina versione et Commentario *Ioh.* CALVINI.

v. in CALVINI *Opp. Tomo III.*, *Amst. 1667-1671*, *fol.*

Liber Psalmorum, Hebraice et Latine, in versiculos metrice diuisus, et cum aliis Critices subsidiis, tum praecipue metrices ope, multis in locis integritati suae restitutus, cum Dissertatione de antiqua Hebraeorum Poësi, aliisque quaesitis ad Psalmorum librum pertinentibus; Ad finem operis adiecta sunt Poëseos Hebraicae Specimina, ex iis, quae ediderunt *Franc.* GOMARVS, *Marc.* MEIBOMIVS et *Ioh.* CLERICVS. Ex editione *Franc.* HARE, *Lond. ap. Guil. Bowyer*, *1736*, *8. Voll. II.*

Prouerbia SALOMONIS, Hebraice, cum Latina versione et Annotationibus *Seb.* MVNSTERI, *Bas. ap. Ioh. Froben. 1524*, *8.*

Prophetae maiores et minores, cum Commentariis Don *Isaaci* ABARBANEL, Iudaeorum Lusitanorum olim Aechmalotarchae, Hebraice, *Amst. 1641*, *fol.*

MOSEE cum Targum, id est Chaldaica Paraphrasi IONATHAN et Commentariis *R. Selomo* IARCHI, *R. Abraham* ABEN EZRA et *R. Dav.* KIMHI, variis lectionibus ex multorum exemplarium collatione in margine adscriptis, 4.

In XII. Prophetas Chaldaea IONATHAE, VZIELIS *filii*, interpretatio (seu potius in HOSEAM et IOEL) diligenter emendata et punctis iuxta Analogiam notata per *Ioh.* MERCERVM, *Paris. ex offic. Car. Stephani*, *1557*, 4.

AMOS, ABDIAE et IONAE, Chaldaea Interpretatio, punctis juxta Analogiam grammaticam notata, cum varia lectione per *Ioh.* MERCERVM. Accesserunt *eiusdem* Scholia in loca difficiliora Targum, *Paris. ex officina Car. Stephani*, *1557*, 4.

MICHAEAE, NAHVM, HABACVC, SOPHONIAE, HAGGAEI, ZACHARIAE et MALACHIAE, Chaldaea Interpretatio, cum punctis et varia lectione, per *Ioh.* MERCERIVM, *Paris. ex officina Car. Stephani*, *1558*, 4.

Euangelium secundum MATTHAEVM in Lingua Hebraica, cum versione Latina atque succinctis annotationibus *Sebast.* MVNSTERI, *Bas. ap. Henr. Petrum*, *1537*, *fol.*

CAPVT III.

BIBLIA IN VARIAS LINGVAS ORIENTALES TRANSLATA, EORVMQVE PARTES.

C*ph.* CELLARII Horae Samaritanae, hoc est excerpta Pentateuchi Samaritanae versionis, cum Latina interpretatione noua et annotationibus perpetuis. Etiam Grammatica Samaritana exemplis illustrata, et Glossarium, seu Index Vocabulorum, *Cizae, ap. Ioh. Bielckium*, *1682*, 4.

Pentateuchus MOSIS, Arabice, studio *Thomae* ERPENII editus, *Lugd. Bat. ex typogr. Erpeniana*, *ap. Ioh. Maire*, *1622*, 4.

Nouum Testamentum, Syriace, curante *Ioh. Alb.* WIDMANSTADIO, *Mose* MEREDINAEO ex Mesopotamia Catholico Sacerdote multam operam et studium nauante. In fine Operis haec leguntur:

> *In vrbe Vienna amplissimarum Orientalis Austriae Prouinciarum metropoli florentissima, ad hunc exitum perductum est diuinum hoc opus Ao. 1555, d. 27. Septembris,*

Regiis

Regiis impensis Caspar Craphtus, Eluangensis, Sueuus, characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat, Michael Cymbermannus prelo et operis suis excudebat, 4to.

Nouum Testamentum Syriacum, punctis vocalibus animatum, cum Lexico et institutionibus Linguae Syriacae. Accedunt Notae, difficiliora Noui Testamenti loca explicantes, Auctore *Aeg.* GVTBIRIO, *Hamb. typis et sumtibus Auctoris, 1663, 8.*

Epistola PAVLI ad Galatas, item Sex primaria Capita Christianae Religionis, Arabice. Adiunctum est Compendium Grammatices Arabicae, Auctore *Rutg.* SPEY. Addita est interpretatio Latina eodem Auctore, *Heidelb. excud. Iac. Mylius, 1583, 4.*

S. IACOBI Apostoli Epistolae Catholicae versio Arabica, cum interpretatione et punctatione *Ioh.* NISSELII, cui accessit Glossarium radices in eadem occurrentes serie alphabetica exhibens, cura et studio *Nic.* PANECII, *Wittenb. typis Chr. Kreusigii, 1694, 4.*

CAPVT IV.

BIBLIA GRAECA.

SECTIO I.

BIBLIA INTEGRA.

Sacrae Scripturae veteris nouaeque omnia, Graece, *Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Soceri, 1518, mense Febr. fol.*

Biblia Graeca, siue Diuinae Scripturae Veteris et Noui Testamenti omnia, innumeris locis nunc demum, et optimorum librorum collatione, et doctorum virorum opera, multo quam antea emendatiora in lucem edita, cum Praefatione *Phil.* MELANCHTHONIS, *Bas. per Ioh. Heruagium, 1545, fol.*

Biblia Graeca, seu Diuinae Scripturae Veteris et Noui Testamenti omnia, recens a viro doctissimo (*Franc.* IVNIO, vt fertur, aut *Frid.* SYLBVRGIO) diligenter recognita, et multis locis emendata, variisque lectionibus, ex diuersorum exemplarium collatione decerptis, et ad Hebraicam veritatem in Veteri Testamento reuocatis, aucta et illustrata, *Frf. ap. Andr. Wecheli haeredes, Claud. Marnium et Ioh. Aubrium, 1597, fol.*

SECTIO II.

VETVS TESTAMENTVM.

Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum Fragmenta, collecta, versa et Notis illustrata a *Ioh.* DRVSIO, *Arnh. apud Ioh. Janssonium, typis Frid. Heinsii, 1622, 4.*

ORIGENIS Hexaplorum Pars non minima, Graece et Latine.

v. in Opp. *S.* HIERONYMI Tom. II. p. 830. edit. a *Ioh.* MARTIANAY, *Paris. 1699, fol.*

—— Hexaplorum, quae supersunt, multis partibus

partibus auctiora, quam a *Flaminio* NOBILIO et *Ioh.* DRVSIO edita sunt. Ex Manuscriptis et ex libris editis eruit et Notis illustrauit *Bern.* DE MONTFAUCON. Accedunt opuscula quaedam ORIGENIS anecdota, et ad calcem Lexicon Hebraicum ex veterum interpretationibus concinnatum, itemque Lexicon Graecum, et alia, Tomi II, *Paris. ap. Lud. Guerin cet. 1713, fol. Voll. II.*

Septuaginta Interpretum Tomi IV, quos ex Alexandrino Codice accurate descriptos et ope aliorum exemplarium ac priscorum Scriptorum, praesertim vero Hexaplaris Editionis Origenianae emendatos et suppletos edidit *Ioh. Ern.* GRABE, *Oxonii, e Theatro Sheldoniano,* Tom. I, *1707,* Tom. II, *1719,* Tom. III, *1720,* Tom. IV, *1709, 8. mai. Voll. IV.*

Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum, secundum Exemplar Romae editum, accuratissime denuo recognitum, vna cum scholiis eiusdem editionis, variis Mstorum Codicum veterumque exemplarium Lectionibus, nec non fragmentis versionum AQVILAE, SYMMACHI et THEODOTIONIS. Summa cura edidit *Lamb.* BOS, *Franeq. excud. Franc. Halma, 1709, 4. mai. Voll. II.*

Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum, secundum Exemplar Vaticanum Romae editum, denuo recognitum, Praefationem vna cum variis Lectionibus e praestantissimis MSS. Codicibus Bibliothecae Leidensis descriptis praemisit *Dav.* MILLIVS, Tomi II, *Amst. sumt. societat. 1725, 8. Voll. II.*

Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum, olim ad fidem Codicis MS. Alexandrini expressum, emendatum ac suppletum a *Ioh. Ern.* GRABE; Nunc vero Exemplaris Vaticani aliorumque MSS. Codd. Lectionibus variantibus, nec non criticis Dissertationibus illustratum, insigniterque locupletatum. Summa cura edidit *Ioh. Iac.* BREITINGERVS, Tomi IV, *Tiguri Heluet. ex officina Ioh. Heideggeri et Soc.* Tom. I, *1730,* Tom. II, *1731,* Tom. III, *1732,* Tom. IV, *1730, 4. mai. Voll. IV.*

Caput I. Geneseos, Hebraice et Graece.
v. Supra inter Biblior. Hebr. Partes.

Libri Iudicum Caput VI. et XVIII. Graece, ex Codice Romano et Alexandrino.
v. in Iac. VSSERII *Syntagmate de LXX. Interpret. versione, Lips. 1695, 4. pag. 51.*

Libri ESTHER Editiones Graecae duae, ex Arundelliana Bibliotheca productae.
v. in Iac. VSSERII *Syntagm. de LXX. Interpret. vers. Lips. 1695, 4. in fine.*

Textus IOBI ϛιχηρῶς, iuxta veram et germanam LXX. Seniorum Interpretationem, e venerando Bibliothecae Regis Angliae Manuscripto Alexandrino.
v. in Catena Graeca Patrum in IOB per NICETAM *edita studio Patricii* IVNII, *Lond. 1637, fol.*

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ, *Venetiis in aedibus Aldi Manutii, anno non indicato, 4°.* In fine legitur: Ἅπαντα τετράδοια πλὴν τοῦ ἐκεῖνο γὰρ τριάδοιον. Ἐγράφη ἐν Ενετίαις εν ὀκεία Ἄλδε Μανετίε.
* *Accurate, vt solet, describit hoc Psalterium,* MAITTAIRIVS, *Annal. Typograph. Tomo I. p. 74. et ordine impressionis, si non primum, at sane inter primos Aldi labores fuisse adfirmat; Ex nonnullis tamen, quae adducit, indiciis, statim post Organon* ARISTOTELIS, *1495. editum, prodiisse coniicit.*

Sententiae IESV SIRACIDAE, Graece et Latine, cum Annotationibus, studio *Ioach.* CAMERARII, *Lipsiae, ex offic. Voegeliniana, 1568, 8.*

Breues DANIELIS Laciniae, Graece, ex versione LXX. Interpretum.

Has ex IVSTINO *Martyre*, CLEMENTE *Alexandrino et* TERTVLLIANO *(ex hoc postremo Latine) collegit, et e regione versioni* THEODOTIONIS *adpositas inseruit Syntagmati de LXX. Interpret. Iac.* VSSERIVS, *Lipf. 1695, 4. pag. 66.*

SECTIO III.

NOVVM TESTAMENTVM.

Andr. WESTPHALII Epistola I, ad fratrem *Chr.* WESTPHALIVM, qua libri publica auctoritate combusti recensentur, *Sedini,* typis *Chr. Schröderi,* 1709, 8.

—— Epistola ad eundem II, sistens decadem librorum publica auctoritate combustorum, *Ibidem,* 1710, 8.

—— Centuria Librorum publica auctoritate combustorum, *Gryphisw.* 1713, 4.

Ioh. Geo. SCHELHORNII Dissertatio historico-litteraria de libris combustis.

v. in *Eiusd.* Amoenitat. Litterar. T. VII, p. 75-172, conf. ibid. p. 295.

—— Dissertationes II de Libris publica auctoritate combustis.

v. Ibidem, Tom. VIII, p. 463-510, et Tom. IX, p. 651-751.

—— Analecta ad Dissertationem de Libris combustis.

v. ibid. Tom. IX, p. 752-778.

Ioh.

Ioh. Gottfr. SCHAVMBVRG de incensione librorum Iuris antiquorum IVSTINIANO et TRIBONIANO afficta, Programma, *Rintelii, 1734*, 4.

Ioh. Herm. ab ELSWICH Disquisitio historica de formula Concordiae, num in Dania sit combusta, *Viteb. 1716*, 4.

* De Bibliothecis igne consumtis vide infra inter Scriptores de Bibliothecis.

§. IV.

DE LIBRORVM RARITATE.

Iac. Frid. REIMANNI Obseruationes II de Libris raris.

v. in Obseruation. Halens. Tom. X, p. 180-231.

Hieron. Augustini GROSCHVFFII Praefatio de Libris rarioribus.

Praemissa est Fasciculo I Nouae Librorum rarior. Collectionis, p. 1-38. *Halae Magdeb. 1709*, 8.

Ioh. Cph. WENDLERI Dissertatio de variis raritatis Librorum impressorum caussis, *Ienae*, *1711*, 4.

Ioh. Geo. SCHELHORNII Dissertatio de Libris rarioribus, et variis raritatis eorum caussis.

v. in *Eiusd.* Amoenitat. Litterar. Tomo II, p. 321-436.

Ioach. Ern. BERGERI Diatribe de Libris rarioribus, horumque Notis diagnosticis, *Berol. 1726*, 4.

—— Eadem. Accedit Mantissae loco Scriptorum Marchiae Brandenburgicae breuis Delineatio. Editio secunda, priore auctior, *Ibidem*, *1729*, 4.

Theod. CRVSII *Anmerckung von raren und selten zu habenden Büchern.*

S. *in der Vergnügung müssiger Stunden*, Part. XV, Observ. I, p. 185-218.

Ioh. Mich. HEVSINGERI Commentatio de Librorum, ante vulgatum Typographiae vsum, raritate et pretio, scripta 1740.

v. in *Ioh. Gottl.* BIDERMANNI Select. Scholast. Vol. I, Fascic. I, p. 15-40.

§. V.

INDICES ET RECENSIONES LIBRORVM RARIORVM.

Catalogus Centuriae Librorum rarissimorum manuscriptorum et partim impressorum Arabicorum, Persicorum, Turcicorum, Graecorum, Latinorum etc. qua Anno CIↃIↃCCV Bibliothecam publicam Academiae Vpsaliensis auxit et exornavit Vir Illustr. et Generosiss. *Ioh. Gabr.* SPARVENFELDIVS S. R. Maiestati a ceremoniis Legatorum publicis primarius, *Vps. typis Ioh. Henr. Werneri*, *1706*, 4.

Ecloga, siue Catalogus Librorum tum MStorum, tum Impressorum, Hispanici praesertim Idiomatis, quibus Regiam Bibliothecam Stockholmensem adauxit Vir Illustr. *Ioh. Gabr.* SPARFWENFELD etc. Recensuit *Gustav.* PERINGER LILIEBLAD, Regius Bibliothecarius, *Ibid. 1706*, 4.

Noua Librorum rariorum Conlectio, qui vel integri inseruntur, vel adcurate recensentur. Fasciculus I-V, (Editore *Hieron.*

Hieron. Augustino GROSCHVFFIO.) *Halae Magdeb. in offic. Rengeriana*, *1709-1716*, *8.*

Noua variorum Scriptorum Conlectio, tam editorum, quam ineditorum, rariorum etiam et recens elaboratorum, quae omnia integra dantur, Fasciculus I-III, *Halae Magd. in offic. Rengeriana*, *1716-1717*, *8.*

Ioh. Adam GENSELS *Brief von einigen raren Atheistischen Büchern.*
S. *im neuen Bücher-Saal, XVII Oeffnung, Num. II, p. 321-325.*

Ioh. Chr. KOCHII *Verzeichniss einiger rarer Cabalistischen Schrifften.*
v. in *Eius* Obseruatt. Miscell. P. XX, Num. II, p. 668-671.

S. S. *Verzeichniss einiger rarer Bücher, I. und II. Stück*, Frf. und Leipzig, *bey Ioh. Conr. Peetz*, *1723*, *8.*

Nic. HAYM *Notizia de' Libri rari nella Lingua Italiana divisa in quattro Parti principali, cioé, Istoria, Poësia, Prose, Arti e Scienze. Anessovi tutto il Libro dell' Eloquenza Italiana di Mons.* Giusto FONTANINI, *con il suo Raggionamento intorno la detta materia*, in Londra, *per Giacob Tonson e Giov. Watts*, *1726*, *8. maj.*

—— *Il medesimo Libro*, in Venezia, *presso Angiolo Geremia*, *1728*, *4.*
* Haec Editio Londinensi ideo praestat, quod Editor et typographus Ieremias et Supplementa et pretia librorum adiecit.

—— *Il Libro medesimo. In questa seconda Editione aggiuntovi altri Autori moderni, e vi sono posti li prezzi*, in Venezia *et* in Milano, *per Mich. Ant. Panza*, *1741*, *4.*

Theophili SINCERI *Nachrichten von lauter alten und raren Büchern, I-VI. Stück*, Frf. und Leipzig, *1731-1732*, *8. maj.*

—— *Neue Sammlung von lauter alten und raren Büchern*, I-VI. Stück, *Frf. und Leipzig, bey Ioh. Stein*, *1733-1734*, *8. maj.*

—— Bibliotheca historico-critica Librorum Opusculorumque variorum et rariorum. *Oder* Analecta Litteraria *von lauter alten und raren Büchern* und *Schrifften*, Nürnb. *bey Felseckers Erben*, *1736*, *8.*

Ioh. Ludolphi BVNEMANNI Catalogus Librorum rarissimorum, *Mindae*, *1732*, *8.*

Ioh. VOGT Catalogus historico-criticus Librorum rariorum, siue ad Scripta huius argumenti Spicilegium, Index et Accessiones, *Hamb. ap. Ioh. Cph. Kisnerum*, *1732*, *8.*

—— Idem. Editio noua priori vel quadruplex auctior, et tam ex propriis *eiusdem Auctoris* Adnotationibus suppleta, quam plurimis aliorum doctissimorum virorum Obseruationibus insigniter locupletata, accurante *Iano* LIBRARIO, *Hamb. sumt. Christ. Heroldi*, *1738*, *8.*

—— Idem, curis tertiis recognitus, et copiosa accessione ex Symbolis et collatione Bibliophilorum per Germaniam doctissimorum adauctus, *Hamb. sumt. Christ. Heroldi*, *1848*, *8.*

Augusti BEYERI Memoriae historico-criticae Librorum rariorum. Accedunt *Euangeli Cosmopolitani* Notae ad *Ioh. Burch.* MENCKENII de Charletaneria Eruditorum Declamationes, *Dresdae et Lipsiae, ap. Frid. Hekel*, *1734*, *8.*

Thesaurus Bibliothecalis, seu Bibliotheca Bibliothecarum, *oder Versuch einer nach und nach vollständigen Bibliothec, von alten und neuen auserlesenen Büchern etc.* Volum. I, *Frf. et Lips. 1738*, II, *Norib. 1738*, III et IV, *Ibid. 1739*, 4.

Ouvrages et Auteurs peu connus.
v. *dans les Singularitez historiques et litteraires de* Iean LIRON, a Paris, 1739, 8. Tom. III, p. 468-484.

Dan. GERDESII Florilegium historico-criticum Librorum rariorum, cui multa simul scitu iucunda intersperguntur, Historiam

storiam omnem litterariam et cum primis Reformationis Ecclesiasticam illustrantia, *Groningae, ap. Haion. Spandaw*, 1740, 8.

* insertum est Miscellaneis Groning. Tom. II, Fasc. IV, p. 643. Tom. III. Fasc. I, p. 65.

—— Idem. Editio II, auctior longe et emendatior, *Groningae et Bremae, ap. Haj. Spandaw. et G. W. Rump*, 1747, 8.

Ferd. STOSCHII Appendicula ad *Dan.* GERDESII et *Ioh.* VOGTII, illius Florilegium, et huius Catalogum Librorum rariorum, potissimum quosdam ab iis omissos recensens, *Lingae, exc. I. A. F. Korff*, 1747, 8.

Bibliotheca selectissima, siue Catalogus Librorum in omni Scientiarum genere rarissimorum, quos collegit et venum exponit *Sam.* ENGEL, in Republica Heluetico-Bernensi Bibliothecarius primarius, qui et huncce Catalogum ordine Alphabetico concinnauit, simul ac Notis criticis perpetuis illustrauit, *Bernae, typis Franc. Sam. Faetscherin*, 1743, 8.

Spicilegium Librorum rariorum, tum in Catalogo a *Sam.* ENGEL, nuper euulgato, omissorum, tum etiam eorum, quibus illa Collectio vsque adhuc aucta fuit, *Ibidem*, 8.

* Tota haec Bibliotheca 1744 BVNAVIANAE iure emtionis acquisita et inserta est.

Theophili SINCERI Librorum non nisi veterum, rariorumque proximis ab Inventione Typographiae annis vsque ad Ann. 1682, in quauis Facultate et Lingua editorum Notitia historico-critica, Vol. I, ad Ann. 1747, *Norib. apud Felseckeros*, 1748, 4.

§. VI.

RECENSIONES LIBRORVM QVORVNDAM RARIORVM SINGVLARIVM.

Bern. de la MONNOYE *Lettre sur le prétendu Livre des trois Imposteurs.*

v. Tom. IV, p. 374 *du* MENAGIANA.

I. L. R. L. *Réponse a la Dissertation de* M. de la MONNOYE *sur le Traité de tribus Impostoribus.*

v. *a la fin du Tome IV du* Menagiana, *et in* I. G. KRAVSII *Vmstaendl. Bücher Historie, P. II. p. 28. et par extrait dans les Memoires de Litterature, T. I, p. 376.*

Reponse de M. de la MONNOYE *a la brôchure précedente.*

v. *dans les Memoir. de Litterat. de* M. de SALLENGRE, T. I, p. 386, seqq.

Ioh. Gottl. KRAVSE *Neuste Nachricht von dem Buche de tribus Impostoribus.*

v. *in* Eiusd. *Bücher-Historie, P. II, pag.* 28, *seqq.*

Ioh. Henr. a SEELEN Recensio *Mich.* SERVETI Librorum rarissimorum de Trinitate.

v. in *Eiusd.* Selectis Litterar. *Lub.* 1726, 8, *pag.* 52-76.

—— Notitia plenior Bibliothecae Hispanicae *Nic.* ANTONII.

v. in *Eiusd.* Select. Litterar. p. 1-51.

Ioh. Bened. SCHEIBENS *Nachricht von des* Nic. ANTONII Bibliotheca Hispana.

v. *in* Eiusd. *Freymüthigen Gedancken, Part. I, pag. 90-92. Franckenthal*, 1737, 8.

Ioh. Henr. a SEELEN Ecloga de *Hippolyti* MARRACCII longe rarissima Bibliotheca Mariana.

v. in *Eiusd.* Select. Litterar. p. 354-397.

—— Obseruatio de *Casp.* AMMANI rarissimo Psalterio.

v. in *Eiusd.* Selectis Litterar. p. 732-747.

—— Notitia *Ioh.* MALDERI Anti-Synodicorum, f. Adimaduerfionum in Decreta conuentus Dordraceni.

v. in *Eiusd.* Select. Litterar. p. 759-798.

Iac. BRVCKERI Notitia rariffimae Verfionis Germanicae Libri Pfalmorum ab *Ottmaro* NACHTIGALLO, f. LVSCINIO, confectae.

v. in SCHELHORNII Amoenitat. Litterar. Tom. VI, p. 455. et emendatior in *Iac.* BRVCKERI Mifcell. Hiftor. philofoph. et Litterar. p. 302.

Ioh. Geo. SCHELHORNII de *Eiusdem* LVSCINII Latina Pfalterii verfione aeque rara Commentatiuncula.

v. in SCHELHORNII Amoenit. Litterar. T. VI, p. 478, et T. X, p. 1242.

Ioh. Geo. SCHELHORNII Hiftoria operis raro obuii, quod *Reginaldus* POLVS aduerfus Henricum VIII, Angliae Regem, pro vnitatis ecclefiaft. defenfione olim confcripfit.

v. in *Eiusd.* Amoenitat. Hift. Ecclefiaft. T. I, p. 1, feq.

Agellii TRANQVILLI, i. e. *Geo. Frid.* THRYLLITII Epiftola de Clauiculis SALOMONIS.

v. in Noua Libror. Collectione, Fafcic. IV, p. 759. *Halae*, 1715, 8.

Ioh. Dav. KOELERI Difquifitio de inclyto libro *Theuerdanck*. Editio noua et auctior, *Altd.* 1719, 4.

Ioh. Gerh. PAGENDARM de Codice Iudaeorum Olsnenfium Ebraeo ex parte adhuc fuperftite Differtatio, *Ienae*, 1730, 4.

Guft. Geo. ZELTNERS *Nachricht von der alten und höchst raren teutschen Wormser Bibel*, Altdorff, 1734, 4.

Hadr. PONTII Epiftola ad Amicum, qua Hiftoriam libri rarioris exponit, qui infcribitur: Ven. *Agnetis* BLANNBECKIN Vita et Reuelationes etc. editi a *Bern.* PEZ. Additae funt R. P. PEZII et Ill. GARELLII, Bibliothecarii Caefar. de hoc Libro Epiftolae, *Frf. et Lipf.* 1735, 8.

Ioh. Bened. SCHEIBENS *Nachricht und Urtheil von des* Vittorio SIRI Mercurio, *und* Memorie recondite.

S. *in* deffelben *Freymüthigen Gedanken aus der Hiftorie, Critic und Litteratur*, P. I, p. 76-80. *Franckenthal an der Werra*, 1737, 8.

—— *Anmerckung von des Iesuiten* MARIANA *feltner Schrifft:* Del Govierno della Compania de Iefus.

S. *in* Eiusd. *Freymüthigen Gedancken*, P. II, p. 54-59.

—— *Anmerckung von* Ioh. Mich. BRVTI Hiftoria Florentina.

v. ibid. p. 71-75.

—— *Nachricht von dem fo feltnen, als gelehrten, Buche des* Gabr. NAVDAEI, *fo gemeiniglich unter dem Titul:* le Mafcurat *angezogen wird.*

S. *in* Eiusd. *Freymüthigen Gedancken*, Part. II, p. 91-95.

—— *Anmerckung von einer feltnen Schrifft* Iac. ZABARELLAE etc. Gli Aronzii etc. *in Padova*, 1655, 4.

S. *in* Eiusd. *Freymüthigen Gedancken*, P. II, p. 135-138.

—— *Anmerckung von einer feltnen und wichtigen Schrifft* Ioh. Ludewigii von WOLZOG: *Chriftliche Unterweifung* etc. 1684, 4.

S. *in* Eiusd. *Freymüthigen Gedancken*, P. II, p. 196-201.

—— *Anmerckung von dem gefaehrlichen, aber höchftfeltnen Buche, fo* Concordia rationis et fidei *betitult ift.*

S. *in* Eiusd. *Fortfetzung derer Freymüthigen Gedancken*, 1741, 8. p. 135-145.

I. B. (i. e. *Iac.* BRVCKERI) Notitia Libri longe rariffimi, pauciffimifque vifi, *Phil.* MELANCHTHONIS Hypotypofeon, Italico fermone editarum.

v. in Mifcellaneis Lipfienf. Nouis, Vol. I, Part. IV, p. 628-643. et in *Iac.* BRVCKE-

RI

RI Miscellan. Histor. Philos. et Litterar. pag. 323-334.

Lettre à Mr. P . . . sur un second Traité des Conformitez de St. François d'Assise avec le Sauveur.

v. *dans la Bibliotheque Raisonnée, Tom. XXXII, p. 279-299.*

*Inscriptus est hic liber, qui exstat in Bibliotheca Geneuensi: Prodigium Naturae, et Gratiae Portentum, *Madrid*, 1651, *fol.* Auctor est *Petrus de* ALVA ASTORGA.

Ioh. ERICHSONS *umstaendliche Nachricht von dem raren Terserischen Catechismo, welcher durch Koenigl. Befehl verbothen worden.*

S. *in der Hamburgischen vermischten Bibliothec, Vol. I, Part. I, p. 169-172.*

Geo. Ludw. OEDERS *Nachricht vom ersten Evangelischen Catechismo.*

v. *ibid. Vol. II, Part. VI, p. 936, seqq.*

Frid. Chr. LESSERS *Nachricht von einer sehr raren Bibel.*

S. *in der Hamburgischen vermischten Bibliothec, Vol. III, p. 370-376.*

—— *Nachricht von dem sehr raren Turnir-Buche* Geo. RVXNERS.

v. *ibidem, pag. 377-385.*

—— *Nachricht von denen sehr raren Lateinischen Brieffen des* Valentis ACIDALII.

v. *ibid. pag. 385-388.*

Editorum Bibliothecae mixtae Hamburgensis Obseruatio de Libro rarissimo: *Nic.* VERNVLAEI Institutionibus oeconomicis, *Louanii*, 1649, *fol. editis.*

v. *ibidem, pag. 454-461.*

Eliae Casp. RICHARDS *Nachricht von dem raren und vortrefflichen Wercke des* PARTHENIVS de Imitatione Poëtica, *Venetiis*, 1565, 4.

S. *in Braunschweigischen Anzeigen An. 1745, im 50sten Stück, p. 899. An. 1746, im 5ten St. p. 85.*

I. WARENDORFFS *Nachricht von* RHONAEI Idea reformandi Antichristi.

S. *in der Berlinischen Bibliothec, Vol. I. Part. VI, p. 775-784.* conf. *et Vol. II, Part. IV, p. 458.*

I. H. G. *Nachricht von* Pauli SARPII *raren Brieffen.*

S. *in der Berlinischen Bibliothec, Vol. II, Part. IV, pag. 458-477.*

(*) De iis Libris raris, qui sub initiis Typographiae excusi sunt, vid. infra, Lib. III, Cap. II, Sect. XI.

§. VII.

* DE LIBRORVM FATIS VARIIS.

Gottlob THIEME Commentatio epistolica, qua aliquot librorum fata recenset, *Witteb.* 1731, 4.

Ioh. Chr. KLOTZ Disputatio de Libris Auctoribus suis fatalibus, *Vitemb.* 1728, 4.

Geo. Henr. GOETZE *Todten-Bibliothec*, Rudolstadt, 1704, 4.

—— *Der Todten-Bibliothec dritte Oeffnung*, Lübeck, 1707, 4.

—— *Krancken-Bibliothec*, Rudolstadt, 1705, 4.

Ioh. Andr. SCHMIDII Dissertatio de Libris et Epistolis, coelo et inferno delatis, *Helmst.* 1725, 4.

Ioh. Henr. STVSS Commentatio de Natalitiis Librorum, speciatim Editionum et Versionum Codicis Sacri, *Gothae*, 1742, 4.

CAPVT IV.

DE HISTORIA ERVDITORVM EORVMQVE VITIS SCRIPTORES GENERALES.

(*) Cum hoc Capite conferendum etiam est Capitis praecedentis III Sect. III, §. 1, vbi indicantur Bibliothecae Vniuersales, secundum nomina Auctorum, ordine alphabet. dispositae.

SECTIO I.

DE RATIONE SCRIBENDI VITAS VIRORVM ILLVSTRIVM, EARVM VSV ET PRAECIPVIS SCRIPTORIBVS.

Sigism. Iac. APINI *Send-Schreiben, darinnen ein kurtzer Entwurff enthalten, wie die Historia Virorum Eruditorum koenne befoerdert werden,* Nürnberg und Altdorff, *1722*, 4.

Giovannartico, Conte di PORCIA, *Progetto ai Letterati d' Italia per scrivere le loro vite.*

v. *nella Raccolta d' Opuscoli scientifici e filologici*, Venez. *1728*, *12*. *Tom. I, pag. 127-143.*

*Auctor, dum Italiae Eruditos ad proprias describendas Vitas inuitat et hortatur, rationem simul easdem scribendi, vt prosint lectoribus, exponit.

Charles Irenée de CASTEL de SAINT-PIERRE *Observations pour diriger ceux, qui ecrivent la Vie des Hommes illustres.*

v. *dans ses Ouvrages de Politique*, à Rotterd. *1733*, *12*. *Tom. IV, p. 196-214.*

Ant. Maria SALVINI *Discorso sopra lo scrivere Vite d' Vomini illustri.*

v. *nelli Discorsi Academici del* medesimo, *Venez. 1735*, *4*. *Tom. I, p. 231-233.*

Mart. Henr. OTTONIS Praefatio de officio biographi.

Praemissa est Semestri IV Pieridum, s. Elaborationum Societat. Latinae Halens. *Halae, 1738*, *8*.

Ioh. Iac. MOSERI *Vorrede von demjenigen, was bey einer nützlichen Lebens-Beschreibung, besonders eines Theologi, zu beobachten noethig ist.*

Ist Ioh. Iacob MOSERS *Beytrage zu einem Lexico Lutherisch- und Reformirter Theologorum praemittiret*, Züllichau, *1740*, *4*.

Chr. Frid. Geo. MEISTER Dissertatio epistolica de vtilitate, virtutibus et naeuis Historiae Litterariae biographicae, *Gottingae*, *1742*, 4.

Zufaellige Gedancken von Verbesserung der Lebens-Beschreibungen gelehrter Maenner.

S. *in denen Erlangischen gelehrten Anmerckungen und Nachrichten auf das Jahr 1746*, *im LXVII Stück*, *p. 537-540.*

* * *

Index eorum, qui Elogia condidere, ac de Scriptoribus diuersis tractarunt.

Accessit *Iac. Phil.* TOMASINI Parnasso Euganeo, *Patauii*, *1647*, 4. p. 37-46.

Phil. LABBEI Bibliotheca Bibliothecarum, *Rothom. 1672*, *8*. et *Lips. 1682*, *12*.

Titulum integrum vide supra, Cap. III, Sect. II.

Ant. TEISSERII Catalogus Auctorum, qui Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, Virorum litteratorum Elogia et Vitas etc. ediderunt.

Vide supra, Cap. III, Sect. II.

Ioh. ROSENBERG Programma de Scriptoribus Vitarum, eorumque requisitis, *Budissae, 1697,* 4.

Ioh. Cph. WINCKLERI Tabula biographica, notitiam praestantissimorum virorum armis litterisque inclutorum repraesentans.

Adiecta est *Car.* ARNDII Systemati Litterario, *Rost. et Lips. 1714, 4.* p. 91, seqq. agit de Vitar. Scriptoribus et Collectionibus.

Godofr. WAGNERI Dissertatio de Scriptoribus, qui de sua ipsi Vita exposuerunt, *Vitemb. 1716,* 4.

Theod. CRVSII *Anmerckung von Gelehrten, so sich ihren Lebens-Lauff selbst aufgesetzt.*

v. *in* Eiusdem *Vergnügung müssiger Stunden, im XI Theil, pag. 1-71.* Leipzig, *1717, 8.*

Ioh. Gottl. OLEARII Dissertatio de Biographis antiquorum ICtorum, *Regiom. 1714* habita, et recusa *Vitemb. 1735, 4.*

—— Eadem Dissertatio, cum Notis *Gottlob Aug.* IENICHEN.

Praemissa est Supplementis et Emendationibus ad Bibliothecam Iuridicam Lipenio-Ienichianam, *Lips. 1742, fol.*

Pauli Phil. WOLFFHARDTI Schediasma de modis adquirendi Notitiam ICtorum. Accedunt Programmata tria, *Rintelii, ap. Nic. Striederum, 1746, 8.*

Frid. ROTH-SCHOLTZII *Beytrag zur Historie derer Gelehrten, III Theile,* Nürnb. und Altd. I und II Theil, *1725,* III Theil, *1726, 8.*

(*) Est Catalogus et Recensio Iconum Eruditorum, cum ab ipso ROTHSCHOLTZIO, tum ab *aliis,* editorum.

SECTIO II.

COLLECTIONES VITARVM, ELOGIORVM, ICONVM GENERALES.

Raph. (MAPHAEI,) *Volaterrani,* Anthropologia, s. Recensio nominum propriorum virorum clarorum, omnium temporum, linguarum et gentium.

Constituit *Eiusdem* Commentarior. Vrbanor. Tomum II, s. Libr. XIII-XXII.

Pauli IOVII Elogia, veris clarorum Virorum imaginibus apposita, quae in Musaeo *Iouiano* Comi spectantur. Addita in calce operis Adriani Pont. Vita, *Venetiis, ap. Mich. Tramezinum, 1546, fol.*

—— Elogia doctorum Virorum, ab Auorum memoria publicatis ingenii monumentis illustrium. Adiecta sunt noua *Ioh.* LATOMI in singulos Epigrammata, et illustrium aliquot Poëtarum alia, *Antv. ap. Ioh. Bellerum, 1557, 8.*

—— Elogia Virorum litteris illustrium, etc. ex *eiusdem* Musaeo ad viuum expressis imaginibus exornata, *Bas. opera Petri Pernae, 1577, fol. cum fig.*

Guil. ROVILLII Promtuarium Iconum insigniorum a seculo hominum, subiectis eorum vitis per compendium, ex probatissimis Auctoribus desumtis, Partes II, *Lugd. ap. Guil. Rouillium, 1553, 4. cum figuris ligno incisis.*

—— Idem Liber. Editio secunda, illustrium virorum, qui a prima successerunt, imaginibus aucta atque locupletata, Pars I, *Lugd. ap. Gul. Rouillium, 1581, 4. c. fig. ligno incisis.*

Insignium aliquot Virorum Icones, *Lugd. ap. Ioh. Tornaesium, 1559, 8. c. fig. ligno incisis.*

Ios. a PINV Etcostichorum Liber. *Eiusdem* Aenig-

Aenigmatum de annis natalibus illustrium ac clarorum aliquot virorum Libellus, *Viteb. exc. Ioh. Lufft, 1565, 8.*

Achillis STATII illustrium Virorum, vt exstant in vrbe, expressi vultus, *Romae, formis Ant. Lafrerii, 1569, fol.*

Virorum doctorum de Disciplinis bene merentium Effigies XLIII, a *Phil.* GALLAEO aeri incisae, *Antv. 1572, fol. min.*

Ieronimo RVSCELLI *Indice degl' Vomini illustri*, in Venetia, *appresso Comin da Trino, 1572, 4.*

Theod. BEZAE Icones, s. verae Imagines virorum doctrina simul et pietate illustrium, etc. additis eorundem Vitae et operae descriptionibus, quibus adiectae sunt nonnullae picturae, quas emblemata vocant, *Geneuae, ap. Ioh. Laonium, 1580, 4.*

Illustrium Philosophorum et Sapientum Effigies ab eorum Numismatibus extractae, *Venetiis, 1583, 4.*

Ioh. CROESELII Elogia, in duas diuisa partes, quarum prior iam inde a Constantino Magno, Imperatorum, Regum, Ducum, aliorumque insignium heroum etc. encomia complectitur: Posterior eos collaudat, qui eruditionis laude et publicatis litterarum monumentis, vel olim claruerunt, vel etiamnum clarescunt, *Ingolst. ex offic. Dav. Sartorii, 1584, 8.*

André THEVET *Histoire des plus illustres et sçavans Hommes de leurs siècles, tant de l'Europe, que de l'Asie, Afrique et Amerique. Avec leurs Portraits en Taille-douce, tirez sur les veritables originaux, divisé en VIII Tomes,* à Paris, *chez Franc. Mauger, 1671, 8. Voll. VIII.*

*Prima Editio prodiit 1584.

Imagines L doctorum Virorum, qui bene de studiis literarum meruere, cum singulorum Elogiis, nunc primum editae, et aeri incisae opera *Phil.* GALLAEI, *Antv. 1587, fol. min.*

Nic. REVSNERI Icones, siue Imagines Virorum litteris illustrium, quorum fide et doctrina religionis et bonarum litterarum studia, in Germania praesertim, in integrum sunt restituta. Additis eorundem Elogiis *diuersorum Auctorum*. Ex secunda recognitione, *Argent. curante Bernh. Iobino, 1590, 8.*

Prima Editio prodiit 1587.

—— Icones, siue Imagines viuae literis Cl. Virorum Italiae, Graeciae, Germaniae, Galliae, Angliae, Vngariae, cum Elogiis variis, *Bas. ap. Conr. Valdkirch, 1589, 8.*

Antoine du VERDIER *Presopographie, ou Description des Hommes illustres et autres renommez, divisée en trois Tomes, discourant amplement de leurs vies, actes, dits et faits memorables, suivant l'ordre des Monarchies, avec une ample Chronique de ce qui s'est passé en toutes les parties du monde, depuis la creation d'iceluy jusques à present [l'an. 1589,] enrichie de figures et medailles,* à Lyon, *par Paul Frelon, 1605, fol. Voll. III.*

Prodiit primum *Lugduni, 1589.*

Iani Iac. BOISSARDI Icones diuersorum hominum fama et rebus gestis illustrium, *Metis Mediomatric. exc. Abr. Faber, 1591, 4.*

*Continet haec Collectio non tam Eruditorum, quam Heroum et Marte illustrium, vt et foeminarum aliquot principum, Icones. Huc tamen collocanda visa fuit, ne *Boissardianorum* Iconum series diuelleretur.

—— Icones quinquaginta Virorum illustrium, doctrina et eruditione praestantium, ad viuum effictae, cum eorum vitis descriptis. Omnia recens in aes artificiose incisa, et demum foras data per *Theod. de* BRY, *Frf. 1597, 4.*

—— Idem Liber, sub Titulo: Bibliotheca, siue Thesaurus virtutis et gloriae etc. Accesserunt clarissimorum aliquot Virorum

rum effigies et vitae nunc recens conscriptae, *Frf. sumt. Guil. Fitzeri, 1628*, 4.

* Continentur hic plane eadem, quae in praecedente Editione. Accesserunt tamen *Nic.* REVSNERI, *Henr.* PETREI, DVRNHOFERI, *Sam.* PVRCHAS, et *Ioh.* HVGONIS Vitae et Effigies.

—— Iconum Pars II, *Frf. 1598*, 4.

—— Eadem Pars II, *ibidem, apud Guil. Fitzerum, 1630*, 4.

* Haec Pars a praecedenti in hoc differt, quod Iconibus aliquot auctior, et dispositio Iconum, non eadem, quae in priori, sit.

—— Iconum Pars III, *Frf. ad Moenum, impensis heredum Theod. de Bry, typis Matth. Beckeri, 1598*, 4.

—— Iconum Pars IV, *ibidem, per eosdem, 1599*, 4.

—— Iconum Pars V, *Frf. impensis Guil. Fitzeri, 1632*, 4.

* Haec Pars tantum Imagines XX, sed nullas vitarum descriptiones, continet. Caeterum de toto hoc opere minus obuio conf. SCHELHORNII Amoenitat. Litterar. Tom. II, p. 107, et Obseruatt. Halens. Tom. II, Obs. II.

—— Bibliotheca Chalcographica, illustrium virtute atque eruditione in tota Europa clarissimorum Virorum, sculptore *Iano Theod. de* BRY, antehac cum vitis editorum et in quinque partes distributorum, nunc vero coniunctim, solis Iconibus et distichis singulorum subiiciendis exhibitorum, et ab eorum exitu continuatorum, *Frf. impensis Ioh. Ammonii*, 4.

Ioh. Iac. FRISII Bibliotheca Philosophorum classicorum Authorum chronologica, in qua veterum Philosophorum origo, successio, aetas et doctrina compendiosa, ab origine mundi vsque ad nostram aetatem proponitur, quibus accessit Patrum, Ecclesiae CHRISTI Doctorum, a temporibus Apostolorum, vsque ad tempora Scholasticorum ad annum vsque 1140, secundum eandem temporis seriem, Enumeratio, *Tiguri, typis Froschoueri, 1592*, 4.

—— Idem Liber.

Exst. in *Iani* GVALTERII, i. e. GRVTERI Chronico Chronicorum Ecclesiast. Lib. II, pag. 820, sqq. *Frf. 1614*, 8.

* Agit hic Liber non tantum de Philosophis, sed omnis generis Eruditis, antiquis et recentioribus, vsque ad An. 1540.

Illustrium Imagines ex antiquis marmoribus, numismatibus et gemmis expressae, quae extant Romae maior pars apud *Fuluium* VRSINVM. *Theod.* GALLAEVS delineabat Romae ex Archetypis, incidebat Antuerpiae, *Antv. ex offic. Plantiniana, sumt. Theodori Gallaei, 1598*, 4.

—— Eaedem Imagines. Editio altera, aliquot Imaginibus, et *Ioh.* FABRI ad singulas Commentario auctior atque illustrior, *Antv. ex offic. Plantiniana, 1606*, 4.

Icones Virorum nostra Patrumque memoria illustrium, quorum opera cum litterarum studia, tum vera Religio fuit restaurata, ab *Henr.* HONDIO sculptae, aeneisque typis excusae, *1599*, 4.

Iulii Caes. CAPACII illustrium mulierum et illustrium litteris Virorum Elogia, *Neapoli, ap. Ioh. Iac. Carlinum et Constantin. Vitalem, 1608*, 4.

Andr. CALAGII Natales illustrium Virorum, Foeminarum, Vrbium, Academiarum et Monasteriorum, *Frf. ad Viadr. typis Frid. Hartmanni, 1609*, 8.

Opus Chronographicum orbis vniuersi a mundi exordio vsque ad ann. 1611, continens Historiam, Icones et Elogia Pontificum etc. ac virorum illustrium, in duos Tomos diuisum. Prior Auctore *Petro* OPMEERO, posterior Auctore *Laur.* BEYERLINCK, *Antv. ex typogr. Hieron. Verdussii, 1611, fol.*

Valerii ANDREAE, *Dessclii*, Imagines doctorum virorum e variis gentibus, Elogiis breui-

breuibus illustratae, *Antv. ap. Dav. Martinium*, *1611*, *12.*

(*Steph.* SOVCIET, S. I.) Diarium Eruditorum virorum memoriae consecratum, *Frf. in offic. Andr. Cambierii*, *1612*, *8.*

Casp. CVNRADI Prosopographiae melicae Millenarii III, in quibus Virorum doctrina et virtute clarissimorum vita ac fama singulis distichis delineatur, Millenar. I et II, *Frf. ap. Ant. Hummium*, *1615*, Millen. III, *Hanouiae, sumt. Conr. Eifridi*, *1621*, *8.*

Wolfg. KRVGERI Catalogus et Historologia mille virorum, gente et mente, arte et Marte, genio atque ingenio illustrium, Germanice, *Erfordii*, *Iac. Singe*, *1627*, *4.*

Iac. Phil. TOMASINI Illustrium virorum Elogia iconibus exornata, Tomus I, *Patauii*, *ap. Donatum Pasquardum*, *1630*, Tom. II, *ibidem, ex Typogr. Sebast. Sardi*, *1644*, *4.* *Voll. II.*

Iac. GADDII Adlocutiones et Elogia exemplaria, Cabalistica, Oratoria, mixta, sepulcralia, *Florentiae*, *typis Petri Nestei*, *1636*, *4.*

—— Elogia historica, tum soluta, cum vincta numeris oratione perscripta, et Notis illustrata, *Florentiae*, *typis nouis Amatoris Massae*, *1637*, *4.*

—— Elogiographus, scilicet Elogia omnigena etc. *Florentiae*, *typis nouis Amatoris Massae*, *1638*, *4.*

—— De Scriptoribus non ecclesiasticis etc. Tomi II, T. I, *Florentiae*, *1648*, T. II, *Lugd. 1649*, *fol.*

* Huius Operis titulum integrum vide supra, inter Scriptor. Iudicior. Cap. III, Sect. IV.

Marci Zuerii BOXHORNII Monumenta illustrium virorum et Elogia, *Amst. ap. Ioh. Ianssonium*, *1638*, *fol. cum fig.*

—— Eadem. Editio noua, aucta antiquis monumentis in agro Traiectino repertis, *Traj. ad Rhen. sumt. Gisb. a Zyll*, *1671*, *fol. cum fig.*

Ioh. Papirii MASSONI Elogiorum Partes II, quarum prior, Imperatorum, Regum, Ducum, aliorumque insignium Heroum, superioribus et nostro Seculo virtute bellica maxime illustrium, Vitam complectitur; Posterior vitam eorum, qui amplissimarum dignitatum Titulis, vel eruditionis laude et publicatis litterarum monumentis claruerunt. Accessit ipsius *P.* MASSONI Vita Auctore *Iac. Aug.* THVANO. Omnia haec, vetera, et noua, e Musaeo *Ioh.* BALESDENS, *Paris. ap. Sebast. Huré et Fred. Leonard*, *1656*, *8.*

* Prima Editio prodiit, *Paris. 1638*, *8.*

Ioh. IMPERIALIS Musaeum Historicum et Physicum. In primo Illustrium litteris virorum imagines ad viuum expressae continentur, additis Elogiis, eorundem Vitas et mores notantibus; In secundo animorum imagines, siue Ingeniorum naturae, differentiae, causae ac signa physice perpenduntur, *Venetiis*, *ap. Iuntas*, *1640*, *4.*

—— Museum historicum, quo illustrium litteris virorum Elogia, vitas et mores eorundem notantia, continentur.

Adiectum est *Leon.* ALLATII Apibus Vrbanis a *Ioh. Alb.* FABRICIO edit. *Hamb. 1711*, *8.*

Girolamo GHILINI *Teatro d' Huomini letterati*, in Milano, *per Gio. Batt. Cerri e Carlo Ferrandi*, *s. a.* *8.*

Lorenzo CRASSO *Elogii d' Huomini Letterati*, Parti II, *in Venetia*, *per Combi et la Noù*, *1666*, *4.* *con fig.* *Voll. II.*

Giovan Angelo CANINI Iconografia, *cioè Disegni d' Imagini de' famosissimi Monarchi, Regi, Filosofi, Poëti ed Oratori dell' antichità, cauati da frammenti de' Marmi antichi, e di gioie, Medaglie d' argento, d' oro, e simili metalli, con le proue dell'*

istesso

istesso autenticate da più classici Autori di quei medesimi Secoli. Data in luce con aggiunta di alcune Annotationi da Marc Ant. CANINI, *fratello dell' Autore,* Roma, *nella Stamp. d' Ignatio de Lazari, 1669, fol.*

—— *Images des Héros et des grands Hommes de l' Antiquité, dessinées sur des Medailles, des Pierres antiques, et autres anciens monumens, gravées par* Bernard PICART, le Romain etc. *Avec les Observations de* Iean Ange *et* Marc Antoine CANINI, *données en Italien sur ces Images diverses Remarques du Traducteur, et le Texte original à côté de la Traduction,* Amst. *chez B. Picart, et J. F. Bernard, 1731, 4. maj.*

Guil. BATESII Vitae selectorum aliquot virorum, qui doctrina, dignitate, aut pietate inclaruere, *Londini, typis A. G. et I. P. 1681, 4. maj.*

Isaac BVLLART *Academie des Sciences et des Arts, contenant les Vies et les Eloges historiques des Hommes illustres, qui ont excellé en ces Professions, depuis environ quatre Siecles parmi diverses Nations de l' Europe, avec leurs Portraits tirez sur des originaux au naturel, et plusieurs Inscriptions funebres, exactement recueillies de leurs tombeaux, Tom. I, II,* à Bruxelles, *chez Franc. Foppens, 1682, fol. Voll. II.*

Luigi CONTARINI *alcuni Huomini illustri nelle lettere sacre e profane.*

v. *Nel Giardino di* Luigi CONTARINI, Part. III, p. 101-142, *Venet. 1683, 12.*

* Est Catalogus nominum clarorum Viror. ordine alphabetico dispositus, cum adnotatione temporis, quo floruere.

Pauli FREHERI Theatrum Virorum eruditione clarorum, in quo Vitae et Scripta Theologorum, Iure-consultorum, Medicorum et Philosophorum, tam in Germania superiore et inferiore, quam in aliis Europae regionibus, Graecia, Hispania, Italia, Gallia, Anglia, Polonia, Hungaria, Bohemia, Dania, et Suecia, a Seculis aliquot, ad haec vsque tempora, florentium, secundum annorum emortualium seriem, tanquam variis in Scenis repraesentantur, Tomi II, *Norib. typis hered. Andr. Knorzii, 1688, fol. cum fig. Voll. II.*

Ioh. Gothofr. ZEIDLERI Theatri Eruditorum, pictura, carmine, historia elaborandi Compendium, centum Imagunculas doctissimorum Virorum etc. exhibens, *Witenb. typis Matth. Henckelii, 1690, 8.*

Iac. GRONOVII Effigies Virorum ac Foeminarum illustrium, quibus in Graecis aut Latinis monumentis aliqua memoriae pars datur.

v. in GRONOVII Thesauro Antiquit. Graecar. Tom. I, II, III, *Lugd. Bat. 1697, 1698, fol.*

Effigies Virorum ac Foeminarum illustrium, quibus in Graecis aut Latinis monumentis aliqua memoriae pars datur, et in quocunque orbis terrarum spatio, ob historiam, vel res gestas, vel inuenta, vel locis nomina data, ac doctrinam meruerunt cognosci: Ex antiquis marmoribus, saxis, numismatibus gemmisque expressae, secundum seriem temporis ac facultatis compositae, in IX Partibus, vel IV Voluminibus, distinctae, *Lugd. Bat. sumt. Petri van der Aa, sine anno, fol.*

* Harum Effigierum maxima Pars, teste Praefatione ad Lectorem, in Thesauro Antiquit. Graec. GRONOVII, cum *eiusdem* Descriptionibus reperitur. Hic solae figurae aeri incisae sine descriptione sistuntur.

Principum et illustrium quorundam Virorum, qui in Europa, alibique terrarum, qua fama, qua eruditione, celebres fuerunt, verae Imagines, *Lugd. Bat. ap. Petr. van der Aa, sine anno, fol.*

Imagines XLI Virorum celebrium in Politicis, Historicis etc. *à Leide, chez Pierre van der Aa, s. a. fol.*

XX Icones clarissimorum Medicorum, Philosophorum, liberales Artes profitentium, aliorumque, *à Leide, chez Pierre van der Aa, s. a. fol.*

XXV, Portraits des Hommes Celebres, ibidem, *fol.*

Adolphi CLARMVNDI (*Ioh. Cph.* RVDIGERI,) Vitae clarissimorum in re litteraria Virorum, Germanice scriptae, Partes XI, Tertia Editio, priori correctior, *Viteb. ap. Chr. Gottl. Ludwig, 1708, 8. Voll. II.*

* Prima Editio prodiit, *Viteb. 1703-1714.*

Amici (*Geo. Nic.* KRIEGK) ad Amicum Epistola de *Adolphi* CLARMVNDI, clarissimorum in re litteraria Virorum vitis et adiectis Iconibus in primis *Geo.* SCHVBARTI, *Ienae, ap. Ioh. Bielkium, 1704, 4.*

Adolphi CLARMVNDI Censura Epistolae praecedentis, *Viteb. in bibliopol. Ludoviciano, 1705, 4.*

Casp. BONIFACII, Epistola de vita et Scriptis *Adolphi* CLARMVNDI.

S. *in der neuen Bibliothec,* Part. VII, p. 563-580. Errores CLARMVNDI in suis Vitis aliisque Scriptis obvii, hic falsissime perstringuntur, additurque lepidum in eundem Epitaphium. Latet hic sub *Casp.* BONIFACII nomine *Augustin. Henr.* GROSCHVPFFIVS.

Theod. CRVSII *Anmerckung von* Adolphi CLARMVNDI *Lebens-Beschreibungen.*

S. *in* Eiusd. *Vergnügung müssiger Stunden,* Leipz. *1713, 8. Part. II, p. 55-107.*

Thomae SMITHI Vitae quorundam eruditissimorum et illustrium Virorum, *Londini, ap. Dav. Mortier, 1707, 4.*

Vitae selectae quorundam eruditissimorum ac illustrium Virorum, vt et *Helenae* CORNARAE et *Cassandrae* FIDELIS, a clarissimis viris scriptae, et antehac separatim editae, denuo ob summam raritatem ac praestantiam recusae, ac in vnum volumen redactae [Collectore *Chr.* GRYPHIO,] *Vratisl. sumt. Chr. Bauchii, 1711, 8.*

Antonio BALDASSARRI *Compendioso Ristretto delle Vite di Personaggi alcuni illustri per la Scienzia, ed alteri celebri per Santità e Dottrina,* Foligno, *pel Campitelli, 1711, 12.*

Dan. Frid. POENMANNI *Lebens-Beschreibungen etlicher vortrefflich gelehrten Maenner in mancherley Wissenschafften,* Wittenb. *bey Chr. Gottl. Ludwig, 1714, 8.*

Gelehrten-Lexicon, darinne die Gelehrten aller Staende, so wohl maenn- als weiblichen Geschlechts, welche vom Anfang der Welt bis auf ietzige Zeit gelebet, und sich der gelehrten Welt bekannt gemacht, nach ihrer Geburth, Absterben, Schrifften, Leben und merckwürdigen Geschichten, aus denen glaubwürdigsten Scribenten, nach dem Entwurff D. Ioh. Burckh. MENCKENS, *in alphabetischer Ordnung beschrieben werden, in II Theile, die dritte Auflage, herausgegeben von* Chr. Gottl. IOECHER, Leipzig, *bey Ioh. Friedr. Gleditsch, 1733, 8. maj.*

* Prima Editio prodiit An. 1715.

Henr. Ioh. BYTEMEISTERI Specimen Supplementorum et emendationum Lexici Eruditorum Germanici, *sine mentione anni et loci, 4.*

J. G. TIEDEBOEHL *Verbesserungen des Leipziger Gelehrten-Lexici.*

S. *im Hamb. Bericht, 1735, p. 462.*

Einige Verbesserungen des Gelehrten-Lexici Leipzig, *1733, 8.*

S. *in der Critischen Bibliotheck, I Stück, p. 90,* Leipzig, *1748, 8.*

Godofr.

Godofr. TILGNERI Epistola de opere Numismatico-litterario edendo, scripta 1716.

v. in Miscellan. Lipsiens. T. I, p. 340-366.

Ioh. Henr. a SEELEN Specimen Historiae Litterariae ex numis illustratae, scriptum 1721, cum fig.

v. inter *Eiusdem* Selecta Nummaria, *Rost. 1726, 8.* et *Lub. 1735, 8.*

Frid. ROTH-SCHOLTZII Icones Virorum omnium ordinum eruditione, omnique item genere et varietate Artium de Republica litteraria, et speciatim de Academiis et Gymnasiis totius pene Europae, ab aliquot Seculis ad nostra vsque tempora optime meritorum, Partes V, *Norimb. et Altd. ap. hered. Ioh. Dan. Tauberi,* P. I, II, III, *1725.* P. IV et V, *1728, fol.*

Iean Pierre NICERON *Memoires pour servir à l'Histoire des Hommes illustres dans la République des Lettres, avec un Catalogue raisonné de leurs ouvrages, Tomes XLIII,* à Paris, *chez Briasson, 1727-1748, 12. Voll. XLIII.*

Levensbeschryving van beroemde en geleerde Mannen; met hedendaagsche Sterfgevallen en andere Nieuwigheden, I-VI Deel, Amst. *by Adr. Wor,* P. I et II, *1730,* P. III et IV, *1731.* P. V, *1732.* P. VI, *1733, 8. maj. cum fig. aen. Voll. VI.*

Ioh. Gerh. MEVSCHENII Vitae summorum dignitate et eruditione Virorum, ex rarissimis monumentis literato orbi restitutae, Tomi IV, *Cob. ap. Ioh. Geo. Steinmarekium,* T. I, *1735.* T. II, *1736.* T. III, *1738.* T. IV, *1741, 4. Voll. IV.*

Frid. Chr. LESSERS *besondere Müntzen, welche so wohl auf gelehrte Gesellschafften, nemlich Vniversitaeten, Societaeten, Seminaria und Gymnasia, als auch auf gelehrte Leute, nemlich Theologos, Iure-Consultos, Medicos und Philosophos, sonderlich auf* D. Mart. LVTHERN, *nach* IVNCKERS *herausgegebnen güldenen und silbernen Ehren-Gedaechtniss desselben, gepraeget worden,* Franckf. und Leipz. *bey Mich. Blochberger, 1739, 8. m. K.*

SECTIO III.

VITAE AVCTORVM VETERVM GRAECORVM.

* Illos tantum Scriptores hic indicare animus est, qui de Auctoribus classicis, Graecis aeque, ac Latinis, in genere egerunt; Qui vero in specie de Philosophis, Historicis, Poëtis etc. exposuere, infra, Lib. III, inter Scriptor. de Histor. Scientiar. quaerendi sunt.

PLVTARCHI Vitae illustrium Virorum, Graeci nominis et Latini.

Editiones vide supra, Part. I, Lib. II, inter Auctor. Graec. Antiqu.

HESYCHII, *Milesii,* de Viris doctrina claris Liber.

v. supra, Part. I, Lib. II, inter Auctor. Graec. antiqv.

Constantini LASCARIS de Scriptoribus Graecis, patria Calabris et Siculis.

v. in FABRICII Biblioth. Gr. T. XIV, p. 22-35.

Sommaires des Vies des Hommes illustres Grecs et Romains, recherchées dans PLVTARQVE *et autres graves Autheurs, revuës et augmentées du Sommaire des Dames illustres,* à Rouen, *chez Claude le Villain, 1617, 12.*

Ioh. MEVRSII Bibliothecae Graecae Libri III, ex chirographo *Auctoris* nunc primum editi.

v. in GRONOVII Thesauro Antiquit. Graec. Tom. X, p. 1150, seqq.

—— Bibliotheca Attica, siue de antiquis Atticae Scriptoribus, eorumque Operibus Libri IX, ex *auctoris* chirographo nunc primum editi.

v. ibidem, p. 1393, seqq.

Ioh. Henr. BOECLERI de Scriptoribus Graecis et Latinis, ab HOMERO, ad initium Seculi post CHRIST. nat. XVI, Commentatio.

v. in GRONOVII Thesauro Antiquitat. Graecar. Tom. X, p. 905, seqq.

Entretiens sur les anciens Auteurs [*Grecs et Latins*] *contenant en abregé leur Vie et le Iugement de leurs Ouvrages, avec plusieurs Extraits de leurs Ecrits, par* Mr. * * * à Paris, *chez Guillaume de Luines, 1696, 8.*

Pauli VINDINGII Ver Graecum, s. Dissertatio I, de variis Linguae Graecae Scriptoribus, *Hafn. litteris Ioh. Phil. Bockenhoffer, 1693, 4.*

—— Aestas Graeca, s. Dissertatio II, de variis Linguae Graecae Scriptoribus, *ibid. 1699, 4.*

—— Autumnus Graecus, s. Dissertatio III, de eodem argumento, *ibid. 1705, 4.*

Car. ARNDII Schediasmata Bibliothecae Graecae difficilioris, seu Notitiae historico-litterariae veterum Auctorum Graecorum etc. *Rost. 1702, 4.*

Laur. LVNDII Compendium Bibliothecae Graecae, ex praelectionibus Vindingianis compositum, *Hafn. litteris Viduae Ioh. Phil. Bockenhoffer, 1704, 8.*

Ioh. Alb. FABRICII Bibliotheca Graeca, siue Notitia Scriptorum Graecorum, quorumcunque monumenta integra, aut Fragmenta edita exstant; tum plerorumque e MSS. ac deperditis. Editio tertia, ab *Auctore* recognita, et plurimis locis aucta, *Hamb. ap. Chr. Liebezeit et Theod. Chr. Felginer*, Tom. I, *1718.* II, *1716.* III, *1717.* IV, *1711.* V, *1712.* VI, *1714.* VII, *1715.* VIII, *1717.* IX, *1719.* X, *1721.* XI, *1722.* XII, *1724.* XIII, *1726.* XIV, *1728.* *4. Voll. XIV.*

Benj. HEDRICH Notitia Auctorum antiqua et media, *oder Leben, Schrifften, Editiones und Censuren der Biblischen, und entweder noch ganz, oder auch nur in considerablen Fragmentis, vorhandenen führnehmsten Griechischen und Lateinischen Kirchen-Scholastischen und Profan-Scribenten, so vom Anfange, bis auf die Instauration derer Studiorum im Occidente, gelebet*, Wittenb. *bey Gottfr. Zimmermann, 1714, 8.*

Ioh. Gottfr. HAVPTMANNI de Scriptoribus Atticis Dissertatio, *Lips. 1739, 4.*

Biographia Classica: *The Lives and Characters of all the Classic Authors, the Grecian and Roman Poëts, Historians, Orators and Biographers, with an historical and critical Account of them and their Writings, illustrating their several Excellencies, and shewing their Defects, from the judgment and remarks of the most celebrated Critics, both ancient and modern, in two Volumes*, London, *print for D. Browne, 1740, 8. Voll. II.*

Ioh. Gothofr. WINTZERI Specimen Obseruationum historico-litterariarum de orationis Graecae et Latinae solutae antiquitate, iisque, qui primi omnium eius habentur Auctores, CADMO *Milesio*, PHERECYDE *Syro*, HECATAEO *Milesio*, APPIO CLAVDIO, *Ienae, 1740, 4.*

SECTIO IV.

VITAE AVCTORVM VETERVM LATINORVM.

PLVTARCHI Vitae Virorum illustrium, Graeci nominis et Latini.
v. in Sect. praecedente.

Ioh. BRANTII Elogia *Ciceroniana* Romanorum domi militiaeque illustrium, annis amplius septingentis ab vrbe condita vsque ad Augusti imperium, *Antv. ex Typogr. Hieron. Verdussen*, *1612*, 4.

Sommaires des Vies des Hommes illustres Grecs et Romains etc. à Rouen, *1617*, *12*.
v. in Sect. praecedente.

Henr. Iul. SCHEVRL Statua Mercurii ad optimos quosque Scriptores Latinos, cui addita BASILII *M.* Homilia ad Adolescentes, quomodo e Graecis Auctoribus vtilitas capienda sit, *Helmaest. ap. Ierem. Rixnerum*, *1637*, *8*.

Ioh. Papirii MASSONI Elogia ciuium Romanorum ex CICERONE collecta, recensita ac rerum Latinitatisque Indice aucta a *Geo. Nic.* KRIEGK, *North. typis Coelerianis*, *1711*, *8*.

Ioh. Henr. BOECLER de Scriptoribus Graecis et Latinis.
v. in Sect. praecedente.

Olai BORRICHII Conspectus praestantiorum Scriptorum Latinae Linguae Editio IV, *Hafn. ap. Ioh. Iust. Erytropilum*, *1698*, 4.

—— Idem Liber. Editio noua auctior, *Havn. ex Typogr. Reg. 1705*, *8*.

Entretiens sur les anciens Auteurs Grecs et Latins, à Paris, *1696*, *8*.
v. in Sect. praecedente.

Ioh. Alb. FABRICII Bibliotheca Latina, siue Notitia Auctorum veterum Latinorum, quorumcunque Scripta ad nos peruenerunt, distributa in Libros IV, quintae huic Editioni, ab *Auctore* emendatae, accedit Volumen alterum et tertium, Supplementi loco separatim excusum, *Hamb. ap. Viduam Benj. Schilleri et Ioh. Chr. Kisnerum*, Vol. I et II, *1721*, Vol. III, *1722*, *8*.
Prodiit primum, *1697*.

Notitia Auctorum veterum, aureae praesertim et argenteae aetatis, vbi de rebus eorundem, Scriptis, dictione ac editionibus differitur, *Ienae, ap. Ern. Claud. Bailliar*, *1710*, *8*.
[Auctore *Mich.* RICHEY, vid. Catal. Bibliothec. Menckenianae, p. 58.]

Nachrichten und Vrtheile von denen Lateinischen Auctoribus classicis und ihren noch vorhandenen Schrifften; Halle, *in der Rengerischen Buchhandl. 1713*, *12*.

Benj. HEDERICH Notitia Auctorum antiqua et media, *Viteb. 1714*, *8*.
v. in Sect. praecedente.

Chr. FALSTERI Memoriae obscurae clarissimorum quorundam ingeniorum et monumentorum apud veteres Romanos, ex latebris suis erutae et renouatae.
Accesserunt *Eiusdem* Quaestionibus Romanis, *Lips. et Flensb. 1718*, *8*.

Godofr. WAGENERI Dissertationes III de Scriptoribus Latinis, iisque Romanis, ex ordine Seculorum, *Vitemb. 1735*, 4.

Biographia Classica etc. *London*, *1740*, *8*.
* Titulum integrum vide in Sect. praecedente.

Petri EKERMAN Dissertatio de Auctoribus classicis Latinis, *Vps. 1742*, 4.

Gottfr. Ephr. MVLLERS *Historisch-Critische Einleitung zu noethiger Kenntniss und nützlichen Gebrauche der alten Lateinischen Schrifftsteller*, Dresden, *bey Georg Conr. Walther*, I, II, III, Theil, *1747*, IV Theil, *1749*, *8. maj. Voll. IV.*

SECTIO V.

VITAE AVCTORVM MEDII AEVI.

Benj. HEDERICH Notitia Auctorum antiqua et media, *Viteb. 1714, 8.*

Titulum integrum vide supra, huj. Cap. Sect. III.

Ioh. Alb. FABRICII Bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis, Lib. I-VI, s. Volum I, et II, *Hamb. sumtu viduae Felgineriae, 1734,* Lib. VII-XI, s. Volum. III. et IV, *Ibid. 1735,* Lib. XII-XV, s. Volum. V, *Ibid. 1736.* Lib. XVI-XX, s. Volum. VI, post fata FABRICII editum a *Chr.* SCHOETTGENIO, *Ibid. sumtu Ioh. Car. Bohn, 1746, 8. Voll. VI.*

* Huc faciunt etiam Scriptores de Doctoribus Scholasticis vid. infra Lib. III, Cap. IX, Sect. XII. et *Polyc.* LEYSERI Historia Poëtarum medii aeui, de qua infra Lib. III, Cap. V, Sect. III, §. II, nec minus ii, qui de Scriptoribus ecclesiasticis egerunt, infra Libro III, Cap. XVIII, Sect. IV, §. I, ordine recensiti.

SECTIO VI.

VITAE ERVDITORVM SECVLI. XV.

Barthol. FACII de Viris illustribus Liber, nunc primum, ex MS. Cod. in lucem erutus. Recensuit, Praefationem Vitamque Auctoris addidit *Laurentius* MEHVS, qui nonnullas FACII, *aliorum*que ad ipsum Epistolas adiecit, *Florentiae, ex Typogr. Ioh. Pauli Giovanelli. 1745, 4.*

* Auctor ipse Opusculi pag. 1. docet, se de illustribus Viris aetatis memoriaeque suae tantum esse scripturum. Obiit vero FACIVS, vt in Vita Eius praemissa docetur, An. 1465.

Bened. ACCOLTI Dialogus de praestantia Virorum sui aeui. Ex Bibliotheca *Ant.* MAGLIABEQVII, *Parmae, ap. heredes Marii Vignae, 1692, 8.*

—— Idem Dialogus, Indice auctus.

v. in Thesauro Antiquitat. et Historiar. Italiae, Tom. IX, Part. VI, et in *Ioh. Gerh.* MEVSCHENII Vitis Eruditor. Viror. Tom. I, p. 155. *Coburgi, 1735, 4.*

Pauli CORTESII de Hominibus doctis Dialogus, nunc primum in lucem editus cum Adnotationibus. Accedit Auctoris Vita; *Florentiae, ap. Bernard. Paperinium, 1734, 4. maj.*

Ioh. FICHARDI Virorum, qui superiori nostroque Seculo, (i. e. Sec. XV et XVI,) eruditione et doctrina illustres atque memorabiles fuerunt, Vitae, in vnum Volumen collectae, a *variis Auctoribus* scriptae, *Francof. exc. Chr. Egenolphus, 1536, 4.*

Iac. BRVCKER *Ehren-Tempel der Deutschen Gelehrsamkeit, in welchem die Bildnisse gelehrter Männer unter den Deutschen aus dem XV, XVI, und XVII, Iahrhundert aufgestellet, und ihre Geschichte, Verdienste und Merckwürdigkeiten entworffen sind, in Kupffer gebracht von Ioh. Iac.* HAID, I-V *Zehend,* Augspurg, *1747, 4. maj.*

SECTIO

SECTIO VII.

VITAE ERVDITORVM SECVLI XVI.

Iac. Aug. THVANI Elogia Virorum superiore et nostro Seculo, (i. e. Sec. XVI et XVII,) eruditione et doctrina illustrium atque memorabilium, quae Historiae suae inseruit, *Frf. 1636, 4.*

Gerh. von STOEKKEN Thuanus enucleatus, in V Partes distributus, quarum II. Viros eruditione aut artibus claros III, Viros illaudatos exhibet.

* Constituit Part. II et III *Eius* Thuani enucleati, *Helmst. 1673, 4.*

Ant. TEISSIER *Eloges des Hommes savans tirez de l' Histoire de Mr.* de THOV, *avec des Additions, contenant l' abregé de leur Vie, le Jugement et le Catalogue de leurs Ouvrages, Tomes IV, Quatrieme Edition revuë, corrigée et augmentée, outre un tres grand nombre de nouvelles Remarques, d' un quatrieme Tome,* à Leyde, *chez Theod. Haak, 1715, 8. Voll. IV.*

Ioh. CASELII Epistola de medica arte praestantibus, studiis etiam sapientiae claris, et aliis ingenii dotibus praeditis Seculi XVI Viris.

Accessit *Iac.* BVRCKHARDI Medico humanitatis studiorum Vindici, *Wolffenb. 1716, 8.* p. 103, seqq.

Iani Nicii ERYTHRAEI (i. e. *Ioh. Victor.* ROSCII,) Pinacotheca Imaginum illustrium doctrinae et ingenii laude Virorum, qui Auctore superstite, [Seculo XVI et XVII, obiit enim 1647,] diem suum obierunt, *Col. Agr. ap. Iod. Kalcovium, 1645-1648, 8. Voll. II.*

—— Idem Liber, *Lipf. ap. Thomam Fritsch, 1712, 8.*

Guil. BVDAEI Thanatologia succincte comprehendens plerosque, cum huius Seculi dynastas, eorumque, si quas habuerunt, coniuges, et maturae aetatis liberos, tum etiam litteris praeclaros atque excellentes viros, qui quidem proximis elapsis centum annis, (i. e. Seculo XVI,) in Vita esse desierunt.

v. in HEINECCII et LEVCKFELDII Scriptor. Rer. German. *Frf. ad Moen. 1707, fol.*

Ioach. Frid. FELLERI Specimen noui Eponymologici critici, siue Iudicia varia, aliaque obseruatu digna, de claris quibusdam Scriptoribus Seculi XVI et XVII.

v. in FELLERI Monumentis ineditis, p. 395. et 537. *Ienae, 1718, 4.*

Ioh. Gideon. GELLII Specimen Diarii Eruditorum biographici Seculi XVI.

v. in Analectis ex omni meliorum Litterarum genere, Tom. I, p. 255-280. *Lipf. 1725, 4.*

Conr. Sam. SCHVRTZFLEISCHII Elogia Scriptorum illustrium et multa eruditionis copia insignium Seculi XVI. Edidit *Godofr.* WAGENERVS, *Vitemb. ex. offic. Finceliana, 1729, 8.*

Iac. BRVCKER *Bildnisse gelehrter Männer, aus dem XV, XVI, und XVII Iahrhundert.*

v. in Sect. praecedente.

SECTIO

SECTIO VIII.

VITAE ERVDITORVM SECVLI XVII.

Leonis ALLATII Apes Vrbanae, siue de viris illustribus, qui ab An. 1630, per totum 1632 Romae adfuerunt, ac typis aliquid euulgarunt. Et *Ioh.* IMPERIALIS Museum historicum, praemissa Praefatione *Ioh. Alb.* FABRICII, *Hamb. ap. Chr. Liebezeit*, 1711, 8.

Iac. Phil. TOMASINI Parnassus Euganeus, siue de Scriptoribus ac Literatis huius aeui claris. Accedit Index eorum, qui Elogia condidere, ac de Scriptoribus diuersis tractarunt, *Patauii, typis Sebast. Sardi*, 1647, 4.

* Est nudus tantummodo nominum Index.

